


80-

21572



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS

Emblems


x493.1

H78h

cop.2

145

193



HIEROGLYPHICA
HORAPOLLINIS,

A DAVIDE HOESCHELIO

*Fide Codicis Augustani ms. correctæ, sup-
pleta, illustrata.*



AUGUSTÆ VINDELICORUM
ad insigne pinus.

Cum priuilegio Cæs. perpetuo.

ANNO MDVC.

HIEROGLYPH. HORAPOLLINIS LIBRI II.
GRÆCE.

HORVM VERSIO LATINA IOAN. MERCERI.

OBSERVATIONES IOAN. MERCERI.

NOTÆ DAVIDIS HOESCHELII.

NOBILISS. ET

AMPLISSIMO VI-
RO, DN. MARCO VELSERO,

Reip. Augustanæ Consuli, patrono

inprimis colendo,

S. P.



Etus Hebræorum lex, vir nobilissi-
me, laudatur, quæ libros sacros nõ
cuius, sed alios alijs, pro ætatis ac
vitæ ratione, legendos permisit :

*Naz. de com-
pos. differ. rat.
& Apologes.
fuga.*

idq; *ne sanctum canibus*, quod ajunt. Idem phi-
losophi quicunq;, in suo etiam docendi gene-
re, observarunt; obscuris quibusdam ænigma-
tum notis usi, quibus doctrinæ arcana obvela-
rent, non invidia : sed ne mysteria abusu pro-
phanarentur. Hinc Ægyptij sacerdotes, Persæ
Magos, Indi Gymnosophistas, Celtæ Druidas
habuere : quibus abdita rerum, & penetralia,
solis erant cognita. Ac è varijs Ægyptiorum
involucris & picturis vix una atq; altera tabula
est reliqua, Horapollinis Niliaci, Philippo quo-
dam paraphraste, Libelli duo hieroglyphici;
digni, vel antiquitatis nomine, cujus vestigia

) (2 expri-

exprimunt, quibus operæ aliquid navetur. Quare quum illi annis abhinc xc. Græce ab Aldo sint editi quidem; sed, exemplaris vitio, corrupti non nusquam atq; mutili: operæ me pretium, neq; ingratum doctis, facturum speravi, si, adhibito partim Codice Augustano calamo exarato, partim alijs adimniculis, eos prælo sic adornarem, ut integriores atq; nitidiores, quàm unquam antea, imprimerentur. Tibi autem, vir amplissime, cur hos inscribam: multæ me causæ impellunt. Te enim auctore atq; hortatore laborem hunc suscepi: tuo solius beneficio typis adeò elegantibus mystica hæc *πονημέρια* prodeunt. Et quemadmodum olim Bernardinus Trebatius Vicentinus, primus horum *ισογγλυφικῶν* interpres, Cunrado Peutingero IC. primo reliquiarum antiquitatis in urbe nostra indagatori suam lucubrationem nuncupavit: ita tibi earundem *παλαμοτήτων*, quas vocant, instauratori atq; interpreti, & primo annalium Augustanorum Scriptori, eundem Horapollinem à me recognitum jure dicandum duxi, patriæ nostræ oculo; per quem literas hîc renasci, verè dixerim. In qua eâdem urbe ut Typographia non inventa sit (quam ei laudem vir magni nominis tribuere non dubitat) primo ta-

Gilb. Cognatus, lib. 3. Syl. Sa narratio- num.

men

men omnium libri Mathematici, cum figuris
Geometricis, ante annos cxv. excusi sunt, ejus Erhardus Ras
holdus, Au-
gustinus.
industria, qui Venetias postea concessit. Cæ-
rerum, quod nullum aliud exemplar ad ma-
num (nostris enim ad finem penè perductis, à
Frid. Sylburgio nostro Gallicam editionem me
accepisse, non es nescius) præter Aldinum, ef-
fet: illud passim secutus fui; nisi ubi apertè mē-
dosum constaret. Lacunas è manu scripto non
nullas explevi; unde & σφάλματα quædam
correxi: quædam partim conjectura, partim ex
Philippi Phasianini Bononiensis (cui codex
haud malus fuit) interpretatione emendavi. de
quibus in Notis Lectorem ferè monui. Quod
restat: hanc qualemcunq; meam operam boni
velim consulas, & Remp. literariam, non mi-
nùs quàm patriam, adjuvare pergas, meq; com-
mendatum habere digneris. Vale decus patriæ.

iv. Idus Augusti. M. D. xc v. Augustæ.

Amplitudini tuæ
deditis.

David Hæschelius.

X 3 Μαξι-

Μάξιμ^ο Ταπεινός Κυθήρων Ἐπίσκοπ^ο, τοῖς
πρὸς τὴν φιλοσοφίαν ἐχολακίαν, Ἰπ-
δοσιν φρονησεως.

Τὸν μὲν Ἰπικεχυμυρόν τῆς φιλοσοφίας τρυ-
πον, καὶ τὸ τῆς συμβολικῆς ἐρμηνείας αἰνιγ-
ματῶδες εἶδ^ο, δεχαιὸν τε ἅμα γεγονέναι, καὶ
τῆ τῆς ἀληθείας γνώσει ὅτι μάλισα χηῖσιμον,
πρὸς τε Ἰπιδειξιν σωέσεως σωεργῆν, καὶ πρὸς
βραχυλογίας ἀσκησιν: πλείω τε ἄλλα συμμαρ-
τυρεῖ, καὶ τὸ, ὅτ^ο πραγματικῶς τὰ τῆ δεχαιῶν
φιλοσοφήσαστας, ἔτ^ο ἢ μάλα ἐζηλωκότας φαί-
νεαθ^ο. ἐβραῖοι μὲν γὰρ διὰ τῆ παρ' αὐτοῖς πρῶ-
πέτασματων, αἰγύπτιοι δὲ καὶ αὐτοῖ διὰ τῆ ἀδύ-
των παρ' αὐτῆ καλεμυρόν, ἔτ^ο λαφῶς ἐκιδιδά-
σκουσι. καὶ ὅπως βάεβαροῖτε ἅμα καὶ ἕλληες τὰς
τῆ πραγμάτων δεχαιὰς ἀποκευψάμυροι, αἰνιγ-
μασί τε καὶ συμβόλοις, ἀλληγορείαις τε καὶ μετα-
φοραῖς, καὶ τοῖς τοῖσι τρύποισι πρῶα δὲ δώκασι τὴν
ἀλήθειαν. ἐν τῷθεν δὴ πρ καὶ ἡ ἱεραὶ παρ' ἡμῖν θε-
ολογία ἐκ πρῶα πρ ἔτ^ο διαήσαίς ἔτ^ο πρῶφ-
τε ἔτ^ο διαρρήδῳ φησι, δώσω σοὶ θελαυρὸς σκο-
τεινὸς ἀποκευφας. θελαυρὸν σκοτεινὸν καὶ ἀπό-
κευ-

κευφοντάχά τι τὴν δυαθήρατον ἀποκαλέσα Κο-
φίαν. Ἔν δὴ καὶ οἱ διαινεγμάτων χησιμοὶ, καὶ αἱ
μὴ αἰαίδω καὶ ὡς ἔτυχεν ἔπιδεικνύμεθα τοῖς ἐν-
τυχαῖσι τελεταῖ, ἀλλὰ μετὰ ἰων καθαρμῶν
καὶ περρήσεων, καὶ τῶν συμβόλων πῶς ἀδηλοῖ
τὰ ἀφανέσερα. τὸ ὅτι τῆς τριαύτης ἐπικελεύσεως αἱ-
λιον ἔτ' οἴμαι μάλισα γεγονέναι, ὡς αὐτὴ μὴ τῶν ἐπί-
μωτῆς κατὰ λήψεως καὶ τοῖς τυχεῖσι τὰ θεῖα δὲ κα-
ταφρονήτα γίνοιτο. εἰ δὲ γὰρ δεῖ βεβήλοισι τὰ ἔργα
διηγῆσθαι μυστήρια. ὅπως τὰ χα καὶ ἀβραάμ ἰω-
αννίξας βεληθεῖς, τὸ τὸν ἱερόν καὶ μύστω λόγον
ἐπικεκερῦθαι δεῖν, ἐγκρυφίας διὰ δεξιμητῶν σε-
μιδάλεως μέτρων ποιεῖν τῇ Σάρρα περὶ σέταπτε.
καὶ ὁ διαγγελικός δὲ λόγος μὴ ρίπτειν τὰ ἅγια τοῖς
κυσί, μηδὲ βάλλειν εἰς μαργαρίτας ἐμπερθευ
τῶν χοίρων, ἔτ' αὐτὸ ἰσοσημαίνων, διακελεύει).
πρὸς δὲ, καὶ ὅπως εἰς τὴν τῶν αἰνεγμάτων ἔννοιαν
ἢ τῶν Κοφῶν παρεισδύσα ζήτησις, ἐμμιώτερον
ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἄρεσιν ἀνατρέχει: ἀμέλει
τοὶ καὶ οἱ παρ' αἰγυπτίων τοῖς Κοφοῖς παιδδουόμοροι,
πρῶτον μὲν πάντων τὴν τῶν γραμμάτων μέθοδον
ἐκμανθάνουσι, τὴν ἑπιστολογραφικὴν καλεσμέ-
νω. δευτέρω δὲ, τὴν ἱερατικὴν, ἢ χερῶνται οἱ ἱε-

ρηγραμματῆς, ὑσάτιω δὲ καὶ τελευταίαν, τὴν
ἰερογλυφικῶν, τὴν κατὰ Ἰνας ἀνιγμὸς ἀλλη-
γορικῶν. ἔδῃ γῆρας καὶ τὸ μὲν χεῖρας ἔκκαθε-
σηκε συγγραμμάποιον, βραχὺ μὲν τό γε ἐπὶ τῶ ὄγ-
κῳ, πολὺ δὲ τοῖς νοήμασι, καὶ διὰ τε τὰ πράγματα
αὐτὰ, καὶ τὸν τρόπον τῆς φράσεως, τοῖς αὖτε τὴν
σοφίαν ἐχολακόσιν, ὅτι μάλιστα ἐπωφελὲς γρη-
σομένων. δέξαθε ἔν καὶ τὴν φιλοφρόνως, καὶ τῶ
τῆς τέττε ἐκδόσεως ἀπὸ γρηγοριῶ τας πωροση-
κῆρας χοίτητε χάριτας. Ἐρρωθε.

Κατὰ τὸ ἀφῆ ἔτθ τὸ σωτήριον, σκίρροφο-
ειῶνθ πέμπτη φθίνοντθ.

EX SVIDA.

Ἦραπόλλων, Φανεβύθεις κήμης τῆ πανοπολίτι νομῆ, γραμματικὸς, διδάξας
 ἐν ἀλεξάνδρεια καὶ ἐν αἰγύπτῳ, εἶτα ἐν κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Θεοδοσίῳ. ἔγραψε
 τεμενικά, ὑπερμεγέθη σοφοκλείης, ἀλκαίης, εἰς Ὀμηρον. λαμπρὸς μὲν ἐπὶ τῇ τέχνῃ ἀν-
 θρωπῶ, καὶ τῶν πάσαι λογισμῶν γραμματικῶν ἔδεν τι μᾶλλον κλίθ' ἀπειρηχθῆ-
 μιν. *Quae sequuntur in Suida, optissimis; quoniam ijs neq; res neq; curae
 constat.*

HORAPOLLO, ex Phanebythide pago Panopolitana praefectura, grammati-
 cus, Alexandria docuit, & in Aegypto, tandem Constantinopoli sub Theodo-
 sio. Scripsit τεμενικά, id est, de lucis & templis; & Commentarios in Sophoclem,
 Alcaum, Homerum: homo ob artem celebris, gloria nulli veterum doctissimorum
 Grammaticorum secundus.

ἜΡΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΝΕΙΛΩΪΟΥ Ἱε-
ρογλυφικά, ἃ ἐξέλεγε μὲν αὐτὸς αἰγυπτία
φωνῆ, μετέφρασε ἡ Φίλιππος εἰς τὴν
ἐλλάδα διάλεκτον.

Alf. σημεῖα

d. πῶς αἰῶνα* σημαίνεσι;

ἌΙῶνα σημαίνοντες, ἥλιον καὶ σελιώτω γρά-
φουσι, διὰ τὸ αἰῶνια εἶναι σοιχεῖα. αἰῶνα δὲ
ἐτέρως γράψαι βεβλήμενοι, ὅφιν ζωγραφῶσιν, ἔ-
χοντα τὴν ἔξω ὑπὸ τὸ λοιπὸν σῶμα κρυπτομή-
ην, ὃν καλεῖσιν αἰγυπιοὶ, ἔξαῖον, ὅ ἐστιν ἐλλειψὶς βα-
σιλίσκων. ὅν περ * χρυσοῦν ποιῶντες, θεοῖς τιμωθεῖασιν.
αἰῶνα δὲ λέγουσιν αἰγυπιοὶ διὰ τοῦδε ἔξω ζωῆς δη-
λεῖσθαι: ἐπειδὴ τριῶν γῆρων ὄψεων καθεσώτων, τῆ
μὲν λοιπὰ, θνήσκου ὑπάρχει, τῆ δὲ μένον ἀθανά-
την. ὃ καὶ προσφυσῆσαν ἐτέρω παλὶ ζωῆς δίχα [καὶ]
ἔξω δακεῖν, ἀναρῆι. ὅθεν ἐπειδὴ δοκεῖ ζωῆς καὶ θανά-
τε κυριεύειν, διὰ τῆ αὐτὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν
θεῶν ἐπιτιθέασιν.

* Alf. χρυσοῦν.

e. πῶς κόσμον;

Κόσμον βεβλήμενοι γράψαι, ὅφιν ζωγραφῶσι
τὴν

HORAPOLLINIS NILIACI SACRÆ SCVLPTVRÆ, QVAS IPSE

*quidem Ægyptio sermone prodidit, Philippus
verò linguâ Gracá donavit.*

1. Quo pacto ævum significant?

ÆVum innuentes, Solem ac Lunam pingunt, quòd
hac aterna sint, æviq; fluxum producentia ele-
menta. Quin & aliter ævum picturâ exprimere volen-
tes, serpentem pingunt, cujus cauda reliquo involvatur
ac tegatur corpore. Hunc Ægyptij quidem linguâ suâ V-
raum, Græci verò Basiliscum appellant. Eundem ex
auro conflatum dijs circumponunt. Cæterum hoc ani-
mali ævum significari propterea Ægyptij dicunt, quòd
cum tria sint serpentium genera, solum hoc ex omnibus
immortale est, cætera mortalia: utpote cum quodvis a-
liud animal solo afflatu absq; ullo morsu serpens hic in-
terimat. Vnde & quoniam vitæ necisq; potestatem
habere videtur, meritò sanè deorum capitibus inse-
ritur.

2. Quo pacto mundum?

MVNDVM exprimere volentes serpentem pingunt,
A 2 qui

τιῷ ἐαυτῷ ἐδιόντα ἐραὺν, ἐσιγμῶρον φολίσι ποικί-
 λαις. διὰ μὲν τῷ φολίδων ἀνιτήμωροι εἶναι ἐν τῷ
 κόσμῳ ἀσέρας. βαρύτατον ἢ τὸ ζῶον, καθάπερ καὶ
 ἡ γῆ. λήϊοτατον ἢ ὅσπερ ὕδωρ. καθ' ἕκαστον ἢ ἐνιαυ-
 τὸν τὸ γῆρας ἀφείς, ἀποδύεται. καθ' ὃ καὶ ὁ ἐν τῷ
 κόσμῳ ἐνιαύσι⊕ χροῖον⊕ ἐναλλαγῶν ποικίμω-
 ρ⊕, νεάζει. τὸ ἢ ὡς προσφῆ χροῖον τῷ ἐαυτῷ σώματι,
 σημαίνει, τὸ πάντα ὅσα ἐκ τῆς θείας προνοίας ἐν
 τῷ κόσμῳ γηναῖται, ταῦτα πάλιν καὶ τιῷ μείωσιν
 εἰς αὐτὸν λαμβάνειν.

γ. πῶς ἐνιαυτὸν;

Ἐνιαυτὸν δὲ βακλόμωροι δηλωσάσαι, ἴσιν, τετέστι
 Ἐγυπαῖκα ζωγραφῶσιν. τῷ ἢ αὐτῷ, ἢ τιῷ θεὸν
 σημαίνουσιν. ἴσιν δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστὶν ἀσῆρ, αἰγυπτι-
 σὶ καλέμωρ⊕ σῶσις: ἐλλωισὶ δὲ * ἀσερκύων, ὅς
 καὶ δεοκῆ βασιλεύειν τῷ λοιπῶν ἀσέρων: ὅτε μὲν
 μείζων, ὅτε ἢ ἥσων ἀνατέλλων. καὶ ὅτε μὲν λαμ-
 πρότερον⊕, ὅτε ἢ, ἐχέτως. ἐπὶ δὲ καὶ διόπικτῷ τιῷ
 τέτταρ' ἀσερῶ ἀνατλήν, σημειόμεθα ὡς πάν-
 των τῷ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μελλόντων τελείωσι. διόπερ ἐκ
 ἀλόγως τὸν ἐνιαυτὸν, ἴσιν λέγουσιν. καὶ ἑτέρας δὲ
 ἐνιαυτὸν γράφοντες, φοίνικα ζωγραφῶσι, διὰ τὸ
 δένδρον

* Ald. ἀσερ-
 μῶν.

qui suam ipsius caudam rodat, Varijs interstinctum squamis: per squamas quidem stellas, quibus cælum mundus vé distinctus est, obscurè innuentes. Ceterùm hoc animans non secus ac terra gravissimum est, levissimum autem ac maximè lubricum, in aquæ morem. Insuper ut serpens quotannis pelle simulq; senio exuitur: sic & annus vertens, qui mundi circumactu producit, immutatione factâ renovatur, ac velut rejuvenescit. Quòd verò velut cibo, suo utatur corpore, significat id, quæcunq; Dei providentia in mundo gi- gnuntur, ea rursus in eundem resolvi, & tanquam im- minutionem sumere.

3. Quomodo annum?

PORRO annum demonstrare volentes, Isin, hoc est mulierem pingunt: quo etiam signo deam signifi- cant. Est autem apud eos Isis sidus, quod Ægyptio qui- dem nomine Sothis, Græco verò Astrocyon dicitur, qui & inter reliqua sidera principatum obtinere videtur: ut qui dum oritur, nūc major sit, nunc minor, interim splē- didior, interim verò secus. Insuper & quoniã in hujusce sideris exortu, ea signis quibusdam observamus, quæ toto anno peragēda sunt: propterea non ab re annū Isin appel- lant. Aliter quoq; annū indicantes, palmā pingūt, quod

6. HORAPOLLINIS HIEROGLYPH.

δένδρον τῆρ μόνον τῷ ἄλλων κτ' [τιῶ] ἀνατολῶ
 τῆς σελλῶνης, μίαν βαίιν γηνᾶν, ὡς ἐν ταῖς δώδεκα

* βάειν Ald. * βάειν ἐνιαυτὸν ἀπαρτίζεας.

η. πῶς μῆνα;

Μῆνα ἡ γράφοντες, βαίιν ζωγραφῶσιν, ἡ σε-
 λήνῳ ἐπεσεραμμύλω εἰς τὸ κάτω. βαίιν μῆνι,
 τῆς σερασημῆρης ἑπὶ τῷ φοίνικῳ αἰτίας χάειν.
 σελλῶν ἡ ἐπεσεραμμύλω εἰς τὸ κάτω, ἐπειδὴ φα-
 σιν ἐν τῇ ἀνατολῇ * πεντεκαίδεκα μοῖραι ὑπάρ-
 χουσι, πρὸς τὸ ἀνω τοῖς κέρασιν ἐχρηματίζεσθαι. ἐν δὲ τῇ
 ἀποκρέσει, τὸν ἀεθμὸν τῷ τριακοντα ἡμερῶν πη-
 ρώσασαν, εἰς τὸ κάτω τοῖς κέρασιν δύνειν.

* εἰ μοιρῶν ὑπάρ-
 χουσιν, π.σ.

ι. πῶς τὸ ἐνισάμνον ἔτος;

Ἐτ' τὸ ἐνισάμνον γράφοντες, τέταρτην δε-
 ξέρας γράφουσιν. ἔστι δὲ μέτρον γῆς ἡ ἀρερα,
 πηχῶν ἑκατὸν. βεβλόμνοί τε ἔτ' εἰπᾶν, τέταρ-
 τὸν λέγουσιν. ἐπειδὴ φασὶ κτ' τιῶ ἀνατολῶ τῷ ἄ-
 σερα τῆς σῶθεως, μέχρι τῆς ἄλλης ἀνατολῆς, τέ-
 ταρτην ἡμέρας * σερασίθεας. ὡς εἶναι τὸ ἔτ' τοῦ
 θεῶ, τριακοσίων ἐξήκοντα πέντε ἡμερῶν. ὅθεν καὶ διὰ
 τετρασθελίδ' ὡσεὶ σελῶ ἡμέραν δεξιμῶσιν αἰγύ-
 πσιοι. τὰ ἡ τέσσαρα τέταρτα, ἡμέραν ἀπαρτίζει.

* Ald. πρὸς τὸ.

Arbor hæc sola ex omnibus ad singulos Lunæ ortus, singulos etiam ramos procreet, ita ut duodecim ramorum productione annus expleatur.

4. Quomodo mensem?

MENSEM autem notantes, ramum pingunt, aut Lunam deorsum conversam. Ramum quidem, ob causam jam in palmâ dictam. Lunam verò deorsum vergentem, quòd in ortu quidem, ut inquirunt, quindecim ei partes supersint, ut sursum erectis cornibus appareat: At in occasu, triginta diebus completis, cornua deorsum inflexa gerat.

5. Quomodo instantem annum?

INSTANTEM annum significantes, quartam arvi partem pingunt. Est autem $\alpha\gamma\epsilon\zeta\epsilon$, unde Latinis arvi dicitur, terræ mensura centum complectens cubitos. Itaq; annum volentes dicere, quartum dicunt, propterea quod ab uno, ut tradunt, sideris cui Sothis nomen fecimus, ortu, ad alterum quarta sit interjecta diei pars. Enim vero dei Solis inquam annus trecentis sexaginta quinque diebus absolvitur: unde & quarto quoque anno supervacuum diem computant atque intercalant Aegyptij. Quatuor siquidem diei quadrantes diem perficiunt.

6. Quid

4. Τί δηλοῦσιν ἰερακα γράφοντες;

⊖ Εὐὸν βελόμβροι σημήναμ, ἢ ὕψ⊖, ἢ ταπεινώ-
 σιν, ἢ ὑπερχλῶ, ἢ αἷμα, ἢ νίκῳ, ἢ ἄρεα, ἢ
 ἀφροδίτῳ, ἰερακα ζωγραφῶσι. θεὸν μὲν, διὰ τὸ
 πολύγονον εἶναι τὸ ζῶον, καὶ πολυχρόνιον. ἐπι γέ-
 μῳ, ἐπεὶ καὶ δοκεῖ εἶδωλον ἡλίου ὑπάρχειν, ὡς
 πάντα ἀπεινά πρὸς τὰς αὐτὰς ἀκτῖνας ὀξύωπῶν,
 ἀφ' ἧς οἱ ἰατροὶ πρὸς ἰασιν ὀφθαλμῶν τῆ ἰερακία
 βοτάνη χρῶνται. ὅθεν καὶ τὸν ἥλιον ὡς κύριον ὄντα
 δράσεως, εἶδ' ὅτε ἰερακόμορφον ζωγραφῶσιν. ὕ-
 ψ⊖ δὲ, ἐπεὶ τὰ μὲν ἕτερα ζῶα εἰς ὕψ⊖ πέτεσθ
 * *Ald. φέρεται.* πρὸς ἀγρέμῳ, πλαγίως * *φειφέρεται,* ἀδυνα-
 τῶντα κατὰ δὴ χωρεῖν: μόν⊖ δὲ ἰεραξ εἰς ὕψ⊖
 κατὰ δὴ πέτεται. ταπεινώσιν ᾗ, ἐπεὶ τὰ ἕτερα ζῶα,
 * *Ald. χωρεῖ* ἐκτ' ἀνάθετον * *πρὸς ἕτ' χωρεῖ,* πλαγίως δὲ κατὰ
 φέρεται: ἰεραξ ᾗ κατὰ δὴ, ἐπι τὸ ταπεινὸν πέπε-
 ται. ὑπερχλῶ ᾗ, ἐπειδὴ δοκεῖ πάντων τῶν πει-
 νῶν διαφέρειν. αἷμα ᾗ, ἐπειδὴ φασὶ ἕτ' τὸ ζῶον,
 ὕδωρ μὴ πίνειν, ἀλλὰ αἷμα. νίκῳ ᾗ, ἐπειδὴ δοκεῖ
 ἕτ' τὸ ζῶον, παννικῶν πετεινόν. ἐπειδὴ γὰρ ὑπὸ ἰ-
 αχυροτέρας ζῶα κατὰ δυνασθήται, τὸ τῶν καὶ τα-
 ἑαυτὸν ὑπὸ ἰασίας ἐν τῷ αἵματι, ὡς εἶδ' μὲν ὄνυχας
 αὐτῶ

6. Quid accipitrem pingentes,
innuunt?

DEVM cum volunt significare, aut sublimitatem, aut humilitatem, aut præstantiam, aut sanguinẽ, aut victoriam: accipitrem pingunt. Deum quidem, tum quòd sæcundum sit ac diuturnæ vitæ hoc animal, tum etiam quòd Solis præter cæteras volucres simulachrum esse videatur, utpote peculiari quadam atq; occultâ nature vi, intentissimis in ejus radios oculis prospiciens. Atq; hinc est, quòd medici ad sananda oculorum vitia, hieraceo herba utuntur. Inde etiam fit, ut Solem interdum tanquam visus tutorem ac dominum, accipitris forma pingant. Sublimitatem verò, quoniam cum cætera quidem animantia, quoties in sublime tolli volunt, obliquè ferantur, nec rectà sursum evehi possint; solus accipiter rectà in altũ volat. Humilitatẽ porrò seu dejectionẽ, quòd eadẽ ratione cætere animantes nõ perpendiculi modo, sed velut ex transverso & flexuosè deorsum ferantur, solus accipiter directo ad inferiora viam carpat. Præstantiam, quòd cæteris præstare videatur avibus. Sanguinẽ, quia animal hoc inquit, non aquã sed sanguinẽ bibere. Victoriam demum, quòd cætera volatilia vincere videatur. Cum enim robustioris animantis potẽtia se videt opprimi, tum sese in aère ita resupinans, ut unguis quidem

B sursum,

* *Ald. τὸ.*
 ἀπὲς ἐν τῷ αὐτῷ ἐχρημάτισεν ἡ π. ερα, ἢ τὰ ὀπίδια
 εἰς τὰ κάτω, τὴν μάχην ποιεῖται. ἔτω γὰρ [τ] *[τ]*
 ἀντιμαχόμενον ἀπὸ ζῶον, τὸ αὐτὸ ποιῆσαι ἀ-
 διωμάτων, εἰς ἧσαν ἔρχεται.

ζ. πῶς δηλοῦσι ψυχῶ;

*ἢ Ald. συνήθει-
αι.*
 ἢ *Ald. συμπα-
θει*
 ἢ *idem ὡς.*
 Ἐγγεμὴ καὶ ἀντὶ ψυχῆς ὁ ἰέραξ ἑτάσσεται, ἐν
 τῆς ἑονόματι ἑρμιωείας. καλεῖται γὰρ παρ'
 αἰγυπτίοις ὁ ἰέραξ, βαίηθ. ἔτ' ἢ τὸ ὄνομα διαρεθὲν,
 ψυχῶ σημαίνει καὶ καρδίαν. ἔστι γὰρ τὸ μὲν βαί,
 ψυχή. τὸ ἦθ, καρδία. ἢ ἢ καρδία κατ' αἰγυπτίους,
 ψυχῆς ἀείβολος. ὥς τε σημαίνει τὴν * συμῖθε-
 σιν τοῦ ὀνόματι, ψυχῶ ἐγκαρδίαν. ἀφ' οὗ καὶ
 ὁ ἰέραξ [διὰ] τὸ καὶ πρὸς τὴν ψυχῶν * συμπα-
 θεῖν, ὕδωρ εἰς πίνει τὸ καθόλου, ἀλλ' αἷμα, * ὧ καὶ ἡ
 ψυχὴ τρέφεται.

η. πῶς ἀρεα καὶ ἀφροδίτῳ;

ἢ Ἀρεα ἢ γράφοντες καὶ ἀφροδίτῳ, δύο ἰέρακας
 ζωγραφῶσιν. ὧν τὸν ἀρενα, εἰκάζουσιν ἀ-
 ρεῖ: τὴν ἢ θήλειαν, ἀφροδίτην. ἐπειδὴ τὰ μὲν ἄλλα
 θηλυκὰ ζῶα πρὸς πᾶσαν μίξιν τῷ ἀνδρὶ οὐχ
 ἴσα κούει, καθάπερ ἰέραξ. τριακοντάκις γὰρ τῆς ἡμέ-
 ρας

sursum, pennas verò ac posteriores partes deorsum versas habeat, cum idem avis quæ cum eo congregitur efficere nequeat, ita faciliè eam in fugam vertit, ac sibi vicioriam parat.

7.

7. Quo modo animam indicant?

QVIN \mathcal{E} pro anima ponitur accipiter, juxta nominis interpretationem. Si quidem Ægyptijs accipiter baeth dicitur, quod nomen si divideris, animam \mathcal{E} cor sonat: BA enim anima est, \mathcal{E} ETH cor. Cor autem ex Ægyptiorum sententiâ, animæ ambitus est. Itaq; * ex consuetâ significatione nomen hoc, animam * compositum nomen hoc. cordatam notat. Unde \mathcal{E} accipiter ob eum quem cum animâ habet nature consensum, aquam omnino non bibit, sed sanguinem, quo \mathcal{E} ipsa nutritur anima.

8. Quo modo Martem ac Venerem?

MARTEM verò \mathcal{E} Venerem notantes, duos pingunt accipitres, eorum marem Marti, feminam Veneri comparantes: idque propterea, quod ex ceteris animantibus femina mari non ad omnem congressum obtemperat, ut in accipitrû genere, in quo etsi tricies

B 2 in die

ρας βασιανζομρή, ἐπειδὴ ἀναχωρήση, Φωνη-
θεῖσα ὑπὸ Ἐἄρσενϑ, πάλιν ὑπακβεῖ. διὸ καὶ πα-
σαν θήλειαν τῶ ἀνδρὶ πειθομρῖω, αἰγύπτιοι ἀ-
φροδίτω καλεῖσι. τὴν δὲ μὴ πειθομρῖω, ἔχ' ἔτω
πρωσαγορεύσει. διὰ ἔρ καὶ ἡλίω τὸν ἱέρακα ἀνέ-
θεσαν. ὡς ἀπλησίως γὰρ τῶ ἡλίω τὸν τριάκοντα ἡμέ-
ρη μὲν ἐν τῶ πλησιασμῷ τῆς θηλείας ἀποδίδωσιν.

ἐτέρως δὲ τὸν ἱέρακα καὶ τὴν ἀφροδίτην γράφον-
τες, δύο κορώνας ζωγραφῶσιν, ὡς ἀνδρὰ καὶ γυναι-
κα. ἐπεὶ τὸ ζῶον, δύο ὡς ἡλιῶ, ἀφ' ὧν ἄρρεν
καὶ θῆλυ ἡλιῶδες δεῖ. ἐπειδὴ δὲ τὴν ἡλιῶση, ὅπως σπανί-
ως γίνεται, δύο δρσενικά, ἢ δύο θηλυκά: τὰ δρσε-
νικά τὰς θηλείας γαμήσαντα, ἔμίσγεται ἐτέρα
κορώνη. ἔδλε μὲν ἡ θῆλεια * ἐτέρα κορώνη μέχρι
θανάτου, ἀλλὰ μόνον τὰ ἀποζυγῆτα διατελεῖ. διὸ
καὶ μιᾷ κορώνῃ σιωπήσαντες, οἰωνίζονται οἱ ἀν-
δρωποι, ὡς χηρδόντες σιωπητικότες ζῶω. τῆς δὲ
θῆλειας αὐτῶ ὁμοιότηας χάειν, μέχρι νῦν οἱ ἑλ-
λίως ἐν τοῖς γάμοις, ἐκκοεῖ, κοεῖ, κορώνω λέ-
γουσι ἀγνοῦντες.

ε. πῶς γάμον;

Γάμον δὲ δηλεῖντες, δύο κορώνας πάλιν ζωγρα-
φῶσι, τοῦ λεχθέντος χάειν.

in die fœmina à mare comprimatur, ab eo digressa si in-
clamata fuerit, paret iterum. Ideoq; & fœminam o-
mnem quæ viro morem gerit, Ægyptij Venerem vo-
cant: Quæ verò non est dicto audiens, non ita appellant.
Atq; hæc sanè causa fuit, cur Soli accipitrem consecra-
rint: non secus enim ac Sol, ter denarium explet nume-
rum in congressu fœminæ.

Aliter quoq; Martem & Venerem scribentes, duas
pingunt Cornices, ut marem ac fœminam: quoniam ani-
mal hoc gemina solet ova parere, ex quibus mas & fœ-
mina gignantur. Vbi verò, quod rarò tamen accidit,
vel duo mascula vel duo fœminea ova peperit, mares
fœminis connubio juncti nunquam ad alteram diver-
tunt cornicem, ac ne ipsa quidem fœmina, quoad vivit,
ad alterum marem: sed disiuncti, soli deinceps semper
degunt. Vnde & cum uni cornici occurrerint homines,
augurantur presagium sibi hoc esse viduæ vitæ, quòd
scilicet animali viduam agenti vitã obviã facti fuerint.
Proinde in hunc usq; diem, Græci ob tantam harũ aviũ
concordiã, in nuptijs ignorantes verbum illud usurpare
solent $\epsilon\upsilon\chi\omicron\epsilon\iota$, nimirum $\chi\omicron\epsilon\iota$ cornicem appellantes.

9. Quomodo nuptias?

ATQUE eandem ob causam nuptias innuentes, duas
rursus appingunt Cornices.

i. πῶς μονοχρῆς;

Μονοχρῆς ᾧ δηλοῦντες, ἢ χρῆσιν, ἢ πατέρα,
 ἢ κόσμον, ἢ ἀνδρα: καθαρὸν ζωγραφῶσι.
 μονοχρῆς μὲν, ὅτι αὐτοχρῆς ἐστὶ τὸ ζῶον, ὑποθηλεί-
 ας μὴ κυφορέμενον. * μόνῃ γὰρ χρῆσις αὐτῆς, τριαύ-
 τη ἐστίν. ἐπειδὴ δὲ ὁ ἀέριον βέληται παμδοπιήσατο,
 βοὸς ἀφὸς δυμα λαβὼν, πλάσσει σφαιροειδῆς
 ᾧ ἀπλήσιον τῷ κόσμῳ χῆμα. ὅ ἐκ τῶν ὀπιθίων με-
 ρῶν κυλίσας ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν, αὐτὸς πρὸς
 ἀνατολῆν βλέπει, ἵνα ἀποδῶ τὸ ἔξ κόσμου χῆμα.
 αὐτὸς γὰρ ἀπὸ ἔξ ἀπηνιότητος εἰς λίβα φέρεται. ὁ δὲ
 τῶν ἀέριων δρόμος, ἀπὸ λιβὸς εἰς ἀπηνιότητι.
 ταύτῃ ἐν τῷ σφαιρῶν καθρέφῃ, εἰς γλῶ κα-
 ταλίθεται ἑπὶ ἡμέρας εἰκοσιοκτῶ, ἐν ὅσῃς κὴ ἡ σε-
 ληνή ἡμέρας τὰ δώδεκα ζῶδια κυκλῶει. ὑφ' ἧν
 ἀπομύρον, ζωογονεῖται τὸ τῶν καθάρων χῆμα. τῆ
 ἐνάτῃ ᾧ κὴ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἀνοίξας τῷ σφαιρῶν, εἰς
 ὕδωρ βάλλει. * ταύτῃ γὰρ τῷ ἡμέραν νομίζει
 σιωποδον εἶναι σελιώης κὴ ἡλῆς, ἐπὶ τῇ καὶ χρῆσιν
 κόσμου. ἧς ἀνοικομύρον ἐν τῷ ὕδατι, ζῶα ἔξέρχε-
 ται, τετῆσιν οἱ καθάρων. * χρῆσιν ᾧ, διὰ τῷ πρε-
 ερημύλιω ἀγίαν. πατέρα ᾧ, ὅτι ἐκ μόνου πατρὸς,
 τῷ

4 μόνου Ald.

3 Ald. ταύτη

4 Ald. γινώσκ.

10. ¹⁰ Quomodo unigenitum?

VNIGENITVM autem significantes, aut ortum, aut patrem, aut mundum, aut virum: Scarabæum pingunt. Ac unigenitum quidem, quòd per se gignatur hoc animal, utpote in utero fœminæ non prius efformatum ac gestatum: ejus enim solius hujuscemodi ortus est. Cùm mas sobolem procreare vult, bovis fimum nactus, globulum ex eo ejusdem cum mundo figuræ fingit: quem ubi ab ortu in occasum a versis pedibus volutarit, ipse rursus, ut orbi per similem figuram edat atq; exprimat, in ortum convertitur. Ipse siquidem orbis à Subsolano circumagitur in Africum: At siderum contrarius est cursus, ab Africo ad Subsolanum. Hanc itaque pilam in terra defossam reponit in dies octo & viginti: nam & totidem diebus Luna duodecim Zodiaci signa perlustrat, sub qua toto illo tempore permanens animatur ac semen vitale suscipit scarabæorum genus. Nono autem & vicesimo die apertam pilam, in aquam conijcit (eum enim diem esse putat quo & Luna cum Sole congregiatur, & mundi insuper fiat generatio) quæ dum in aquâ aperitur, prodeunt animalia, hoc est scarabæi. Ortum autem, propter jam dictam causam. Patrem, quod ex solo patre

ortum

τῶν ἡμέρων ἔχει ὁ κανθάρα Θ. κόσμον δὲ, ἐπειδὴ
 κοσμοειδῆ τῶν ἡμέρων ποιῆται. ἀνδρα ᾧ, ἐπειδὴ
 θηλυκὸν γῆ Θ αὐτῆς ἔ γίνεται. εἰσὶ ᾧ καὶ κανθάρων
 ἰδέαι τεῖς. πρώτη μὲν, ἀλκρόμορφ Θ, καὶ ἀκλι-
 ωτῆ, ἥνπερ καὶ ἡλίω ἀνέθεσαν διὰ τὸ σύμβολον. φασὶ
 γῆλὸν ἄρρενα ἀλκρον, συμμεταβάλλειν ταῖς κόρας
 ταῖς ἑλίας δρόμοις, ὑπεκλείνονται μὲν γῆ καὶ πρώτῃ
 πρὸς τῶν ἑξ ἀνατλήν. * ερηγυλοειδῆς ᾧ γί-
 νονται καὶ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας, ἀμαυρότεροι δὲ
 φαίνονται, διώκειν μέλλοντος ἑλίας. ὅθεν καὶ τὸ ἐν
 ἡλίω πόλει ξόανον ἑξ ἀλκρόμορφον ὑπάρ-
 χει. ἔχει δὲ πᾶς κανθάρα Θ καὶ δακτύλος τριακον-
 τα, διὰ * τὴν τριακοντῆμερον ἑμῶν, ἐν αἷς ὁ ἡ-
 λι Θ ἀνατέλλων, τὸν ἑαυτῆ ποιῆται δρόμον. δου-
 τέρα ᾧ γῆρα, ἢ * δίκεως καὶ ταυροειδῆς, ἡλίας καὶ τῆ
 ερηγυλοειδῆς. σελήνη καθερώθη, ἀφ' ἧ καὶ τὸν * ἐν ἔρανῳ ταῦρον,
 ὑψωμα τῆς θεῆ ταύτης λέγασιν εἶναι παῖδες ἀ-
 γυπτίων. τρίτη δὲ, ἢ μονόκερος καὶ ἰδιόμορφος. ἥν
 ἐρημῆ διαφέρει ἐνόμισαν. καθὰ καὶ ἴδεις τὸ ὄρνεον.

* Ald. sing.
 πικρ.

* Ald. τῶν λ.
 ἡμερῶν.

* Ald. δίκεως.
 ερηγυλοειδῆς.

ἢ γῆρα γράφοντες δηλῆσαι;

Mητέρα ᾧ γράφοντες, ἢ βλέψιν, ἢ ὄρειον, ἢ πρῶ-
 γνωσιν, ἢ ἐνιαυτὸν, ἢ ἔρανίαν, ἢ ἐλεήμονα, ἢ
 αἰθῶν,

ortum habeat scarabæus. Mundum, quòd ad mundi figuram ejus generatio ac fœtus accedat. Virum deniq; quòd non sit in eorum genere fœmina. Sunt porrò Scarabæorum formæ tres : Prima felium specie, ac velut radijs insignita, quam & Soli ob significationem quandam dicarunt. Ajunt enim felem marem juxta varium Solis habitum & cursum pupillas commutare, ad ortum quidem Solis manè nonnihil extendi, sub meridiem velut rotundas fieri; Sole ad occasum vergente, obtusiores obscurioresq; apparere. Unde & quæ apud Heliopolim est DEI Solis inquam statua, felis speciem præsert. Habet autem & Scarabæus omnis digitos triginta, idq; in indicium 30. mensis dierum, quibus Sol oriens suum per singula Zodiaci signa cursum peragit. Alterum Scarabæorum genus bicornè est, & taurinâ specie: quod cum & Lunæ consecratum sit, inde etiam eum qui inter sidera relatus est taurum, hujusce deæ elevationem esse perhibent Ægyptiorum filij. Tertium unicornè est, & suæ peculiaris formæ, quod & Mercurio sacrum esse, ut etiam est Ibis avis, existimarunt.

II. Quid, Vulturem delineantes,
indicant? *M.*

CÆterùm matrem significantes, aut aspectum,
aut limitem, aut futurorum cognitionem, aut
annum, aut cælum, aut misericordem, aut Miner-
C nam,

ἀθλιωαῖν, ἢ ἕραν, ἢ δραχμάς δύο: γυπα ζωγραφῆσι. μητέρας μὲν, ἐπειδὴ ἄρρην ἐν τέτρω τῷ γυεῖ τῆς ζώων ἔχ' ὑπάρχει. ἢ ὅ γυεῖσι αὐτῆν, γίνεται τρέ-
 πα τοῖσδε. ὅταν ὀργώσῃ πρὸς σύλληψιν ἢ γυψ,

* Ald. ἀνεκον
 nullo sensu.

* ἡμέρας m. f.

* Ald. ποιῶσα.

* ὀργῶν m. f.

* Ald. συλλαμ-
 βάνοντα, ὅ
 παρ' αὐτῶν.

τὴν φύσιν ἑαυτῆς ἀνοίξασα πρὸς βορέαν * ἀνε-
 μον, ὑπὸ τέτρω ὀχθεύεται ἔπι * ἡμέρας πέντε. ἐν
 αἷς, ἔτε βρωσῆ ἔτε ποτῆ μεταλαμβάνει, * ποθῆσα
 παμδοποιίαν. ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλα γυψ * γυπῶν, ἀ ὑπὸ
 ἀνέμου * συλλαμβάνει, ὧν τὰ ὠὰ πρὸς βροῶσιν αὐτῶ
 μόνον, ἔκτετι δὲ πρὸς ζωογονίαν ἐστὶ χρεῖσμα. γυ-
 πῶν δὲ ὑπὸ λῆμιον ποικιλιῶν τὴν ὀχείαν, ἢ τῆν
 ὧν γυεῖσι ζωογονεῖται. βλέψιν δὲ, ἐπειδὴ τῆν
 ἄλλων ζώων ἀπάντων, ὀξυπέεσθρον ὀρεῖ ἢ γυψ:
 ἐν μὲν ἀνατολῇ ἔξήλιξ ὄντ', πρὸς δύσιν βλέπε-
 σα, ἐν δύσει ὅ δ' ἔθεῖ ὑπάρχοντ', πρὸς ἀνατο-
 λῶν, ἔξικανθ διασήματ', ποριζομένη τὰ πρὸς
 χρεῖσιν αὐτῆ βρωσίμα. ὄρειον ὅ, διότι πολέμου μέλ-
 λοντ' τελειῶσθ, ἐν ἔπον ὀρίζει, ἐν ὧ μέλλει ὁ
 πόλεμος γίνεσθ, πρὸ ἡμερῶν ἐπὶ ἀ ἐπ' αὐτὴν πρῶ-
 γνομένη. πρὸ γνοσιν ὅ, διὰ τετὰ πρῶρημύρα, καὶ
 ὅτι πρὸς σφῶν πλείονας σφραζομένης καὶ ἠπλωμένης
 βλέπει. ταμιθυομένη τὴν ἑαυτῆς ἐκ τῆν πτωμά-
 των τροφῶν, παρ' ὅ καὶ οἱ ἀρχαῖοι βασιλεῖς, κατω-

vam, aut Iunonem, aut drachmas duas: Vulturem pingunt. Matrem quidem, quòd in hoc animantium genere mas non sit. Gignuntur autem hunc in modum: Cùm *amore concipiendi Vultur exarserit, Vulvam ^{* ὄρνιθον Αἰδ. mendosè.} illesam ad Boream aperiens, ab eo velut comprimitur per dies quinque, quibus nec cibum, nec potum omnino capit, fœtus procreationi intentus. Sunt porro & alia *Vulturum genera, quæ ex vento concipiunt quidem, ^{* Solucrium.} sed quoniam ova ad esum duntaxat [ipforum] non item ad fœtum suscipiendum ac formandum sunt accommodata. At eorum Vulturum, quorum non est subventaneus duntaxat & inefficax coitus, ova ad gignendum, tollendamq; sobolem sunt imprimis idonea. Aspectum autem, quòd ex omnibus animantibus perspicacissimi visus sit Vultur, ut qui oriente quidem Sole in occasum, occidente verò in ortum prospiciat, atq; è satis longo intervallo quæ sibi usui sint, comparet edulia. Limitem, quòd cùm belli conficiendi tempus instat, locum ubi pugna committenda sit, septem antè diebus ad eum accedens præfiniat & circumscribat. Præsagium verò, tum ob jam dictam causam, tum etiam quòd ad eam exercitus partem sese convertere soleat, ubi major sit futura clades, sibi ex cadaveribus alimentũ seponens, ac in futurum providè reservans. Vnde & præsci reges, ex-

σκόπες ἔπεμπον σκεπήοιμοι κτ' ποῖον ἔ' πολέμου
 αἰ γῆρες βλέπεισι μέρο, ἐν τῷ θεν σημειόμοι
 οὐτὸ ἡπλωμάρες. ἐνιαυτὸν δὲ, διὰ τὸ ἐν τέτρω τῷ ζῶω
 τριακοσίας ἐξηκόντα πέντε ἡμέρας ἔ' εἰς διαρεῖ-
 ος, ἐν αἷς ὀνιαυτοῖς ἐκτελεῖται χρόνον. ἑκατὸν

* ἔγκυθ Al.

ἢ εἰκοσὶν ἡμέρας * ἔγκυθ μῦρι, κὲ τὰς ἴσας οὐτὸ
 * δεεθ in Al. νεοσγες ἐκτέφει. ταῖς ἢ λειπέσαις ἑκατόν * εἰκοσι,
 dmo exēplixi.

ἢ ἐαυτῆς Ἰπμέλειαν ποιῆται, μῆτε κυφορεῖσα,
 μῆτε τρέφουσα: ὡσαυτοὺς ἀζουσα ἢ ἐαυτῷ εἰς ἐτέ-
 ραν σύλληψιν. ταῖς ἢ λοιπὰς πέντε ἔ' εἰς ἡμέρας,
 ὡς ἡδὴ περεῖπον, εἰς ἢ ἑαυτῷ ἀνέμω ὀχείαν καταναλί-
 σκει. ἐλεήμονα ἢ, ὅπερ δοκεῖ ὡσαυτοὺς ἐναυλιώτατην
 ἢ ἀρχεῖν, ἐπεὶ ἔ' τὸ ζῶον πάντα ἀναρεῖ. ἢ ἀγ-
 κάθησαν ἢ ἔ' τὸ γράψαμ, ἐπειδὴ ἐν ταῖς ἑκατὸν * εἰ-
 κοσι ἡμέραις, ἐν αἷς τὰ ἐαυτῆς ἐκτέφει τέκνα, ἢ πῖ
 πλεῖον ἐπέτεται, ὡς ἢ οὐτὸ νεοσγες κὲ τὴν τέτων
 τροφήν ἀχολεῖται. ἐν αἷς ἀπορήσασα τροφῆς. ἢ
 ὡσαυτοὺς τῆς νηπίοις, τὸν ἐαυτῆς μηρὸν ἀνατε-
 μῆσα, παρέχει τοῖς τέκνοις ἔ' αἵματὸς μετ' ἀλαμ-
 βάνειν, ὡς μὴ ἀπορήσαντα τροφῆς ἀναρεθῆναι.
 ἀθλωῖν ἢ κὲ ἤσαν: ἐπειδὴ δοκεῖ παρ' ἀγυπτίοις, ἀ-
 θλωῖ μὲρ τὸ ἀνω ἔ' ἔραν ἢ ἡμισφαίριον ἀπειληφέ-
 ναι: τὸ ἢ κάτω, ἢ ἔρα. ὅθεν κὲ ἀρπον ἢ γένται δρεσε-

v Desideratur
 ibid.

ploratores mittebant, per quos in *Utram* aciei partem respexissent *Vultures*, cognoscerent, indeq; *Vincendos* ac *internecinâ* strage delendos colligerent. *Annum* porrò, quoniam animal hoc trecentos illos ac sexaginta quinq; dies, quibus completur annus, ita distribuit, ut centum quidem ac viginti diebus *pregnans* maneat, totidem pullos enutriat; reliquis verò centum ac quinquaginta sui curam gerat, neq; *uterum* ferens, neque *alendis* addicta liberis, sed seipsam duntaxat ad *ali-*
am parans conceptionem. Quinq; autem illos qui *super*sunt anni dies *in*venti, ut jam dictum est, *compres-*
sionem & *coitum* insumit. *Misericordem* autem, quod quibusdam alienissimum forsan videbitur, *presertim* quum hoc animal *infestissimo* animo cetera *persequa-*
tur, atq; *interimat*. Sed ut hoc *pietura* *Vulturis* *innu-*
erent, eo *impulsi* sunt; quod centum illis diebus, quibus suos educat, penè nunquam *evolet*, sed *omnem* curam ac *sollicitudinem* illis *alendis* adhibeat. Quòd si eo *tempore* *cibus* non *suppetat*, quo eos *sustentet*, *proprio* *execto* *femore* *sugendum* eis *exhibet* & *imperti-*
tur *sanguinem*, ut ne *cibi* *penuria* atque *inedia* *confi-*
ciantur. *Minervam* ac *Junonem*, quoniam *vide-*
tur *apud* *Ægyptios* *Minerva* quidem *superius* *cæli*
hemispherium *occupasse*, *Juno* verò *inferius*. *Quæ*
& causa est, ut *absurdum* *censeant* *cælum* *masculino*

νικῶς δηλαδὲν τὸν ἔρανον, [θηλυκῶς μὲν ἔστι τὴν ἔ-
 ρανόν.] διότι καὶ ἡ γῆραισις ἢ λίξις καὶ σελήνης καὶ τῶν λοι-
 πῶν ἀστέρων, ἐν αὐτῷ ἀποτελεῖται, ὅπερ ἐστὶ θηλείας
 ἔργον. καὶ τὸ τῶν γυπαίων ἢ (ὡς παρεῖπον) γῆραισις, θηλυ-
 ῶν ἐστὶ γῆραισις μόνον. διὲν ἦν αἰτίαν καὶ παντὶ θηλυκῷ
 ζῳδιῷ οἱ αἰγύπτιοι γυπαίως βασιλεῖον ἐπιθέσαντες,
 ἀφ' ἧς καὶ πᾶσαν θεῶν, ἵνα μὴ παρὰ ἐκάστης γράφωσι,
 μηκύνω τὸν λόγον, - - - αἰγύπτιοι. μητέρα δὲν
 θέλοντες σημεῖναι, γυπαίως ζωγραφῆσι: μήτηρ γάρ
 ἐστὶ θηλυκῆ ζῳία. ἔραναν δὲ, ἢ γῆραισις αὐτοῖς
 τὸν ἔρανον λέγειν, καθὼς παρεῖπον: ἐπεὶ τούτων ἡ
 γῆραισις ἐκείθεν ἐστὶ. * δραχμὰς ἢ δύο, διὰ παρὰ αἰ-
 γυπτίοις μονὰς ἐστὶν αἱ δύο γραμμαί. μονὰς ἢ, παν-
 τὸς δεξιμοῦ γῆραισις. δι' ὁλόγως δὲν δύο δραχμὰς δε-
 λόμφοι δηλαδὲν, γυπαίως γράφουσιν, ἐπεὶ μήτηρ
 δοκεῖ καὶ γῆραισις εἶναι, καθάπερ καὶ ἡ μονὰς.

λείπεισ. ση-
 μαίνοντες, τὴν
 γυπαίως γράφε-
 σιν.

* Ald. δεξι-
 μοι.

β'. πῶς ἠφαισον γράφουσιν

Ηφαισον δὲ γράφοντες, κἀνθαρον καὶ γυπαίως
 ζωγραφῆσιν. ἀθλωῶν ἢ: γυπαίως καὶ κἀνθαρον.
 δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς ὁ κόσμος συνεσθῆναι ἕκτε δεξε-
 νικῆ [καὶ θηλυκῆ] ἐπὶ ἢ τῆς ἀθλωῶς τὴν γυπαίως γρά-
 φουσιν. ἔστι γὰρ μόνον θεῶν παρὰ αὐτοῖς, δεξτενοθήλης
 ὑπάρχουσι.

* Ald. ἔτε ἀρτε-
 νικῆς relicta
 molacuna,
 quam vocans
 manus sup-
 plevit.

genere efferre: quippe cum & Solis & Lunæ cæterorumq; siderum genitura in eo perfecta sit, qui nimirum fœminæ actus est. Quin & Vulturum genus, ut jam exposui, fœminas tantum complectitur. Quam ob causam & curvis fœminei sexus animanti Ægyptij Vulturem, ut in eo sexu principem ac primarium apponunt: ex quo & deam omnem, ne sigillatim unamquamque percurrrens, prolixior sim, significant Ægyptij. Insuper & matrem innuere volentes, Vulturem pingunt: est enim mater fœmineæ naturæ. Ἐραίαν autem hoc est cælum (neque enim placet ipsis, ut dixi masculino genere Ἐραίων [sed fœminino] dicere) quoniam horum omnium generatio inde est. Duas deniq; drachmas, quòd apud Ægyptios duæ lineæ unitas est. Unitas verò cuiuslibet numeri ortus est ac principium. Optima itaque ratione duas drachmas indicare volentes, Vulturem pingunt, quòd generationis ipse sibi autor materq; ac principium, quemadmodum & unitas, esse videatur.

13. Quo modo Vulcanum notant?

AT Vulcanum indicantes, scarabæum & Vulturem pingunt. Minervam verò, vulturem & scarabæum: * solis enim his, non etiam masculis, mundus videtur consistere. Vulturem autem Minervæ appingunt, quòd hi soli ex dijs apud ipsos mares sint simul ac fœminæ.

* Ex masculo
n. & fœmi-
neo ipsis mun-
dus.

Quo

iv. Τιάσέρα γράφοντες δηλῶσι;

⊖ Εὐὸν ἢ ἐγκόσμιον σημαίνοντες, ἢ εἰμαρμύλω, ἢ τὸν πέντε δριθμὸν: ἀσέρα ζωγραφῶσι. Θεὸν μὲν, ἐπειδὴ παρόνοια θεῶ, τὴν νικῶ παρσάσει, ἢ τῶ ἀσέρων κ' ἔ παντὸς κόσμου κινήσεις ἐκτελεῖται. δοκεῖ γὰρ αὐτῆς δίχα θεῶ, μηδὲν ὅλως συνεσάναι. εἰμαρμύλω ἢ, ἐπεὶ κ' αὐτὴ εἰς ἀσερκῆς οἰκονομίας συγίσαται. τὸν ἢ πέντε δριθμὸν: ἐπιδὴ πλήθους ὄντ' ἐν ἔρανῶ, πέντε μόνοι εἰς αὐτῶ κινέμενοι, τὴν ἔ κόσμου οἰκονομίαν ἐκτελεῶσι.

v. Τίκωοκέφαλον γράφοντες δηλῶσι;

Σ Ελλήνω ἢ γράφοντες, ἢ οἰκεμύλω, ἢ γράμματα, ἢ ἱερέα, ἢ ὀργήν, ἢ κόλυμβον: κωοκέφαλον ζωγραφῶσι. σελήνω μὲν, ἐπειδὴ τὸ ζῶον ἔρ, συμπάθειαν ἵνα παρὸς τὴν ἔ θεῶ σωόδον ἐκτῆσατο. ὅταν γὰρ ἐν τῷ μέρει τῆς ὥρας ἢ σελήνη σιωοδύσσα ἡλίω ἀφώπς ⊖ γῆ), τότε ὁ μὲν ἀρσῶ κωοκέφαλ ⊖, ἐβλέπει, ἐδὲ ἐδίδει: ἀχθεταί ἢ εἰς τὴν γῆν νενδυκῶς, καθάπερ πενθῶν τὴν εἰ σελήνης ἀρπαγὴν. ἢ ἢ θήλαια μ' ἔ μὴ ὄραν, καὶ ταῦτα τῶ ἀρρένι πάσχειν, ἐπ[ὶ] κ' ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως αἰμάσεται. διὸ κ' μέχρι ἔ νυῦ ἐν τοῖς ἱεροῖς

τρέφοι-

13. Quid sidus pingentes, innuunt?

DEVUM pulchrè ornatum significantes, aut fatum, aut quinarium numerum: sidus pingunt. DEUM quidem: quòd DEI providentia victoriam decernit atq; imperat, qua & siderum orbisq; universi motus peragitur. Existimant enim sine DEO nihil prorsus consistere. Fatum autem: quòd ex siderum cursu ac dispensatione constituatur. Quinarium verò numerum: quoniam cum quamplurima atq; adeo innumera sint in cælo sidera, sola ex his quinque, motu suo orbis pulcherrimam efficiunt distributionem ac moderamen.

14. Quid Cynocephalum pingentes demonstrant.

LVNAM demonstrantes, aut terrarum orbem, aut literas, aut sacrificium, aut iram, aut natationem: Cynocephalum pingunt. Lunam quidem: propterea quòd animal hoc consensum quendam cum Deo congressu, ex quo & affici soleat, habet. Ubi enim aliquanto tempore Luna cum Sole cõgrediens, expers luminis opacaq; permanet, tum mas quidè cynocephalus, nec ququam intuetur, nec vescitur: sed demisso in terram vultu indignabundus, velut Lunæ raptũ deplorans, tristatur. Fœmina verò, præterquã quòd nusquã oculos cõtortet, eadèq; cum mare patitur, insuper & è genituali vase sanguinem mittit. Ideoq; ad hæc usque tempora in sacris

D Cyno-

τρέφονται κυνοκέφαλοι, ὅπως εἶξ αὐτῶν γνώσκου-
 ται τὸ ἦλιος ἢ σελήνης μέρθ τῆς σινώδου. οἰκο-
 μίω ἢ, ἐπειδὴ ἑβδομήκοντα δύο χώρας τὰς δε-
 χαίας φασι τῆς οἰκομίης εἶναι. τέτρες ἢ τρεφο-
 μίως ἐκ τοῖς ἱεργίς ἢ Ἰπμελείας * τυγαίοντας,
 ἔ, καθάπερ τὰ λοιπὰ ζῶα ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τελευτᾷ,
 ἔτω ἢ τέτρες: ἀλλὰ μέρθ αὐτῶν καθ' ἐκάστῳ ἡ-
 μέρῳ * νεκρέμνον, ὑπὸ τῶν ἱερέων θάπτεισθ, εἰ λοι-
 πῆ σῶματθ ἐν τῷ κτῆ φύσιν ὄνθ. ἕως δ' αὖ αἱ
 ἑβδομήκοντα ἢ δύο πληρωθῶσιν ἡμέρα, τότε ὄλθ
 λυποθνήσκει. γράμματα δ' ἔ, ἐπειδὴ ἐστὶ συγγήμια
 κυνοκεφάλων * αἰγύπια Ἰπσαμίων γράμμα-
 τα, παρ' ἃ εἰς ἱερὸν ἐπειδὴ αὐτὰ πρῶτα κομιδῆ κυνο-
 κέφαλθ, δ' ἔλτν αὐτῶν πρῶτα ἔλθθησιν ὁ ἱερεὺς, ἢ χοι-
 νίον, ἢ μέλαν. πειράζων εἰ ἐκ τῆς Ἰπσαμίης ἐστὶ
 συγγήμια γράμματα. ἢ * εἰ γράφει. ἔπ δ' ἔ καὶ τὸ
 ζῶον Ἰπ: ἐρημῆ ἐνεμήθη τῶ πάντων μείχοντι γραμ-
 μάτων. ἱερέα ἢ, ὅπ φύσει ὁ κυνοκέφαλθ ἰχθυὺ
 ὁκέσθιαι, ἀλλ' ἔδ' ἔ * ἰχθυώμνον ἄργον, καθάπερ
 ἢ οἱ ἱεργίς ἐκ τῆς. γινάταί τε πειτετμημύθ, ἢ
 ἢ οἱ ἱεργίς Ἰπτηθ δύσσι πειτεμύ. ὄργλῳ ἢ, ἐπεί-
 περ τὸ ζῶον εἶτ πρῶτα ἄλλα θυμικώτα ἔντε ἢ ὄρ-
 γίλον ὑπάρχει. κόλυμβον ἢ, διότι τὰ μὲν ἄλλα
 ζῶα

* Ald. τυγαίον-
 οντες.

* Ald. νεκρέμ-
 νον κομπίε.

* Ald. αἰγύπ-
 τίοις.

* Ald. ἐγ γρη-
 φει.

* Ald. ἰχθυώμ-
 νον ἔδε No-
 τας.

Cynocephali nutriuntur, ut ex ipsis, conjunctionis Solis & Luna tempus cognosci possit. Terrarum autem orbem: quoniam septuaginta duas inquirunt jam olim orbis habitati regiones fuisse. hos porrò, si diligenter in sacris nutriantur & curentur, non sicut cætera animalia uno die emoriuntur, sic & ipsos emori: sed ipsorum partem quandam singulis diebus emorientem ac tabescentem à sacerdotibus humari, reliquo interim corpore in sua natura persistente, idq; per septuaginta duos dies; quibus expletis, tunc prorsus interit. Literas, quia est [apud Ægyptios] cognatio quedam & genus cynocephalorum, qui * literas norunt. Quapropter ubi primum <sup>* Ægyptias li-
ras.</sup> in sacram eadem ductus fuerit cynocephalus, tabellam ei sacerdos apponit, una cum scirpeo stilo ac atramento: nimirum ut periculum faciat, sitne ex eo cynocephalorum genere, qui literarum gnari sunt: * pingit itaq; in ea ta- <sup>* & num lite-
ras pingit.</sup> bella literas. Præterea hoc animal Mercurio dicatum est, qui literarum omnium particeps est. Sacrificum verò: quòd naturà cynocephalus ab esu piscis abhorret, quem tamen si piscibus interim vesci contingat, segne tamen & torpori deditum animal non est, sicut & externi sacerdotes. Adde quòd circumcisis gignitur, quam quidem circumcisionem summo curant ac peragunt studio sacerdotes. Iram: quia hoc præter cætera animantia maxime iracundum est, & ad indignationem proclive. Natationem porrò, quoniam cætera quidem

ζῶα κολύμβω χρώμῳ, ῥυτῶ δὲ φαίνε^τ), μόνον ἢ
 ἔτ, εἰς ὃν ἔπον (αερέη^τ) προσδύθῳ κολυμβᾶ,
 κ^τ μηδὲν τῶ ῥύπῳ τῶ αφερέμῳ.

ιι. πῶς γράφει σελῳῆς ἀνάτλι^τ;

** Ald. τῶ πῶ
 σοι ῥῶ.* Σελῳῆς δὲ ἀνάτλι^τ γράφειν βελόμῳ,
 πάλιν κωοκέφαλον ζωγραφῶσι, * χῆμα^τ
 τῶ δὲ. ἐσῶτα κ^τ τὰς χῆρας εἰς ἔρανὸν ἐπάμῳτα.
 βασιλείον τε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα. ἔτ γρά-
 φει τὸ χῆμα ἐπὶ τῆ ἀνάτλι^τ, ὁ κωοκέφαλος
 ποιῶται ὡς εἰπεῖν, προσδύχόμῳ τῆ θεῶ. ἐπει-
 δὴ ἀμφοτέρῳ φωτὸς μετελήφαι.

ιιι. πῶς ἰσημερίας δύο.

** Ald. δ.*

Ἰσημερίας * δύο πάλιν σημαίνοντες, κωοκέφα-
 λον καθήμῳ ζωγραφῶσι ζῶον: ἐν ταῖς δυοῖ
 ῥῶ ἰσημερίας τῶ ἐνιαυτῶ, δωδεκάκις τῆς ἡμέρας
 καθ' ἑκάστῳ ὥραν ἔρεῖ. τὸ ἢ αὐτὸ κ^τ ταῖς δυοῖ νυξῖ
 ποιῶ. διόπε^τ ὅκα ἀλόγως ἐν τοῖς ὑδρολογίοις αὐτῶ
 αἰγύπτιοι κωοκέφαλον καθήμῳ γλύφουσιν. ἐκ
 ἢ ἔμῳ εἰς αὐτῶ ὕδω^τ ἐπὶ ῥέον ποιῶσιν. ἐπεὶ ὡσπερ
 αερέῖπον τὰς τῆς ἰσημερίας δώδεκα, σημαίνει ὡ-
 ρας. ἵνα ἢ μὴ δῦρύτερον * τὸ ὕδω^τ

** Vide Notas.*

κατα-

animantia frequenti natatione sordes ac squalorem contrahunt: solum hoc ad eum quem instituit locum nando pervenit, nec tamen ullis à nativo colore transfertur aut inquinatur sordibus.

15. Quomodo Lunæ exortum indicant?

LVNAM autem orientem indicare volentes, rursus Cynocephalum hoc habitu pingunt; stantem, manusq; in cælum tollentem, ac regium in signe capite gestantem. Hac autem figurâ, ad Lunæ ortum demonstrandum, depingunt cynocephalum, quòd hoc habitu videatur cynocephalus deæ congratulari; quòd ambo, Solinquam ac Luna, luminis participes sint.

16. Quomodo æquinoctia duo?

RVRSVM æquinoctia significantes, idem animal, Cynocephalum sedentem pingunt. Duobus enim anni æquinoctijs, duodecies in die per singulas nimirum horas urinam reddit, idemq; noctu facit. Unde non immerito suis hydrologijs Ægyptij cynocephalum sedentem insculpunt, è cuius membro aqua defluat: idq; propterea, quòd duodecim, ut jam dixi, in quas æquinoctij tempore dies ac noctes ex æquo dividuntur, horas significat. Caterum ne foramen illud acutè artificiosèque constructum, per quod in horologium aqua pro-

* *Ald. υπέρχει* κατασκαυάσματα * *υπάρχη*. δι' ἧ τὸ ὕδωρ εἰς τὸ
 ὠρλόγιον ἀποκρίνεται, μὴ ἢ πάλιν σενώτερον,
 ἀμφοτέρων γὰρ χρεία. τὸ μὲν γὰρ δυρύτερον, ταχέ-
 ως ἐκφέρειν τὸ ὕδωρ, ἐχὺ γιῶς τὴν ἀναμέτρησιν ἢ
 ὥρας ἀποτελεῖ. τὸ ἢ σενώτερον, κατ' ὀλίγον καὶ
 βραδέως ἀπολύον τὸν κρηνὸν, ἕως τῆς ἐραῆς τείχα
 * *Ald. διύ-* * *διείραντες*, πρὸς τὸ ταύτης πάχ^Θ, σιδηρῶν κα-
φρατες δεπρῶ
κατέ. κατασκαυάξασιν πρὸς τὴν πρηκειμήλιον χρείαν. ἔτι
 ἢ αὐτοῖς δρέσει ποιεῖν, ὅσα ἀπὸ λόγου ἐκινῶς [ὡς] καὶ
 ἐδὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων. καὶ ὅτι ἐν ταῖς ἰσημερίαις, μό-
 ν^Θ τῶν ἄλλων ζώων δωδεκάκις τῆς ἡμέρας κρε-
 ζει καθ' ἑκάστην ὥραν.

15. πῶς θυμὸν δηλοῦσι.

⊖ Ἰμὸν ἢ βελόμηροι δηλοῦσαι, λέοντα ζωγρα-
 φῶσι. κεφαλὴν γὰρ ἔχει μεγάλῳ τὸ ζῶον.
 καὶ τὰς μὲν κόρας πυρῶδεις, τὸ ἢ πρὸς ὤπιν, στρογ-
 γύλον. καὶ πρὸς αὐτὸ ἀκλινοειθεῖς τείχασ, καὶ μί-
 μνησιν ἡλίου, ὅθεν καὶ ὑπὸ τὸν θρόνον ἔῳξεν, λέοντας
 ὑπολιθέασιν, δεικνυῖτες τὸ πρὸς τὸν θεὸν ἢ ζώου
 σύμβολον. ἡλι^Θ δὲ ὁ ὡξ^Θ ἀπὸ [ἔ] τῶν ὡξῶν
 κρατεῖν.

fluit & excernitur, aut latius sit, aut rursus arctius (utriusq; enim magni refert. siquidem latius, quum magna celeritate aquam profundat, non rectè horæ modum ac dimensionem perficit: angustius autem paulatim ac lentius quàm par sit, aquæ ductum laxat) remedium hoc excogitarunt, ut quicquid pilorum est, ad caudam usq; abradentes, pro hujus crassitudine ferream quandam fistulam in usum jam dictum fabricetur. Hoc autem ipsi visum est non absq; ratione quadam, sicut nec in cæteris, facere: & quòd etiam solus ex omnibus animantibus, æquinoctio duodecies in die per singulas horas adlatrat.

17.

71. Quomodo animum animivè præstantiam innuunt.

ANIMUM autem volentes signare, Leonem pingunt. Caput enim magnum habet hoc animal, & pupillas quidem ignitas, faciem verò rotundam, & circumquaque radiorum more sparsos pilos ad Solis similitudinem. unde & sub folio hori, hoc est Solis, Leones supponunt, hujus animalis cum DEO utpote Sole similitudinem maximam monstrantes. Dicitur autem apud eos Sol Horus, ex eo quòd horis præsit.

18. Quo

vi. πῶς ἀλκίω γράφουσιν;

Αλκίω ἢ γράφοντες, λέοντες. τὰ ἔμπεδον ζωγραφῆσι, διὰ τὸ διδένεσθαι αὐτὰ ὑπάρχειν ταῦτα τὰ μέλη τῶν σώματων.

vii. πῶς ἐγρηγορότα γράφουσιν;

ΕΓρηγορότα ἢ γράφοντες, ἢ κὴ φύλακα, λέοντες. τὰ γράφουσι κεφαλῶν. ἐπειδὴ ὁ λέων ἐν τῷ ἐγρηγορέναι μέμυκε σὺν ὀφθαλμοῖς, κοιμώμενος ἢ, ἀνεωγότας τέρας ἔχει. ὅπως ἐστὶ τῆς φυλάσσειν σημεῖον. διότι κὴ συμβολικῶς τοῖς κλείδουσι τῶν ἰερῶν, λέοντας ὡς φύλακας παρειλήφασιν.

viii. πῶς φοβερόν.

Φοβερόν δὲ σημαίνοντες, τὰ αὐτὰ χεῖνται σημεῖω, ἐπειδὴ ἀλκιμώτατον ὑπάρχον τῶν ζῴων, πάντα εἰς φόβον σὺν ὀρώντας φέρει.

ix. πῶς νείλα ἀνάβασιν.

Νείλα ἢ ἀνάβασιν σημαίνοντες, ὃν καλεῖσιν αἰγυπιοὶ νέν, ἐρμυδιθὲν ἢ σημαίνει νέον. ποτὲ μὲν λέοντα γράφουσιν, ποτὲ ἢ τρεῖς ὑδρίας μεγάλας. ποτὲ ἢ ἔξανόν κὴ γλιῶ ὑδωρ ἀναβλύζουσαν.

λέον-

18. Quomodo roburnotant?

ROBVR notantes, Leonis anteriora membra pingunt, quòd hæc ei ex toto corpore robustissima sint.

19. Quomodo vigilantem com-
monstrant?

VIGILANTEM autem sedulumq; hominem, aut etiam custodem ostendentes, Leonis caput pingunt: quoniam Leo vigilans oculos claudit, eosdem cum dormit apertos habet, quod quidem custodiæ atq; excubiarum signum est. Vnde ☉ , nõ absq; significatione, sacrorum claustris, leones qui custodum loco sint, appinxerunt.

20. Quomodo terribilem & formidandum?

EODEM quoq; ut formidabilem notent, signo utuntur: quia quũ viribus maximè polleat animal hoc, omnibus qui eum inspexerint metum inijcit.

21. Quomodo Nili ascensum & exundationem?

NILI in super inundationẽ significantes, quem Aegyptio nomine Nun, quod si interpreteris, novũ sonat, appellant, interim Leonẽ pingunt, interim tres magnas hydrias, interim verò cælum ac terram aquæ copiã

E scatu-

* λέοντι m. f. u-
δι προφ. εν
deceβ.

λέοντα μὲν· ἐπειδὴ ὁ ἥλιος * εἰς λέοντα γρόμυθον,
 πλείονα τὴν ἀνάβασιν ἔνειλε ποιεῖται. ὥς τε ἐμ-
 μύοντο ἔθλιε τῶ ζωδῖω τέττω, τὸ διμοιρον ἔνεε
 ὕδατος πλημμυρεῖ πολλάκις. ὅθεν καὶ τὰς χολέ-
 δρας, καὶ οὖν εἰσαγωγαῖς τῶν ἱερῶν κελυῶν, λεοντο-
 μόρφως κατεσιδύασαν οἱ [ἀρχαῖοι] τῶν ἱερα-
 κῶν ἔργων ἔπιτάταμ. ἀφ' ἧς καὶ μέχρι νῦν κατ' δι-
 χλῶν πλεονασμῶν ὑρότητα ... τρία δὲ ὑ-
 δρεῖα, ἢ ἔρανον καὶ γλῶν ὕδαρ βλύζουσαν: [τὸ μὲν ὑ-
 δρεῖον] ὁμοῖοντες καρδία γλώσσα ἐχέση. καρ-
 δια μὲν, ἐπειδὴ παρ' αὐτοῖς τὸ ἡγεμονικόν ἐστὶ τοῦ
 σώματος αὐτῆ, καθάπερ ὁ νεῖλος τῆς * αἰγυπίας ἡ-
 γεμῶν καθέστηκε. γλώσσῃ δ', ὅτι διὰ παντὸς ἐν ὑ-
 γρῶ ὑπάρχουσαν ταύτῃ, καὶ ἡμέτεραν ἔειναι
 καλεῖται. τρία δὲ ὑδρεῖα, καὶ ἕτε πλείονα ἕτε ἥπιονα: ἐ-
 πειδὴ ἢ τῆς ἀναβάσεως ἐργασία κατ' αὐτῶν τρι-
 μερῆς ὑπάρχει. ἐν μὲν ὑπὲρ τῆς αἰγυπίας γῆς
 ταῖξαντες: ἐπειδὴ ἐστὶ κατ' αὐτῷ ὕδατος ἡμνη-
 κή. ἕτερον δ', ὑπὲρ ἔωκεανθ, καὶ γὰρ ἀπὸ τέττω ὕδαρ
 πῶδα γίνεται εἰς αἰγυπτον ἐν τῶ τῆς ἀναβάσεως
 καρῶ. τρίτον δ' ὑπὲρ τῶ ὄμβρων, οἱ γίνονται κατ'
 τὰ νότια τῆς αἰθιοπίας μέρη, καὶ τὸν τῆς ἀναβάσε-
 ως ἔνειλε καρῶν. ὅτι δὲ ἡμνηκὴ αἰγυπία τὸ ὕδαρ,
 διωα-

Quadrato in-
clusi adesunt
in Aldinae-
ditione.

* Ald. αἰγυ-
πτίας.

scaturientem. Leonem quidem: quòd cùm Sol Leonem subit, ampliozem Nili facit inundationem. Quamdiu enim Sol in hoc signo persistit, sæpenumero in duplum ipsius Nili aqua excrescit. Vnde & tubos canalesq; sacrorum fontium * solent ij qui sacris præsumt operibus, Leonis figura fabricari. Quapropter in hodiernum usq; diem, dum pro immodica inundatione preces effundunt, Leonis signo uti solent. Tres autem hydrias, aut cœlum & terram, quæ aque copiam scaturiat*, Nilum persimilem facientes cordi linguâ prædito: Cordi quidem, quoniam princeps hæc & potissima apud ipsos habetur totius corporis pars, sicut & Nilus totius Ægypti dux est ac princeps. Lingua autem, quod cùm hæc perpetuo in humido esse gaudeat, insuper & ipsam genitricem causamq; rerum status appellant. Tres porrò hydrias, & nec plures nec pauciores pingunt: quod triplex juxta eorum sententiam sit inundationis causa effectrix. Vnam quidem Ægyptiæ terræ adscribunt, quæ ex sese aquam producit: Alteram Oceano, ex quo inundationis tempore aqua in Ægyptum exæstuat: Tertiam in nubibus, qui per id tempus quo intumescit Nilus, ad austrinas Æthiopiæ partes contingunt. Quòd autem Ægyptus ex sese aquam gignat: inde facile est

* soliti sunt ij
qui olim sacra
preceant.

* pingunt; hy-
driam similem
faciunt.

διωατὴν ἐστὶν ἐν τοῦθεν μαθεῖν. ἐν γὰρ τῷ λοιπῷ κλί-
ματι ἔσσι κόσμος, αἱ τῶν ποταμῶν πλημμύραι ἐν τῷ
χειμῶνι ἀποτελεῖνται, ὑπὸ τῶν στυγερῶν ὀμβρῶν
ἔξοίστου συμβαίνοντες. μόνη δὲ ἡ αἰγυπτίων γῆ, ἐ-
πεὶ μέση τῆς οἰκουμένης ὑπάρχει, καθάπερ ἐν τῷ
ὀφθαλμῷ ἢ λεγομένη κόρη, φέρει ἀγει τὴν ἐνεί-
λα ἐαυτῆ ἀνάβασιν.

*β'. πῶς αἰγυπτιον γράφουσιν.

Αἰγυπτιον δὲ γράφοντες, θυμιατήριον καὶ ὀμυ-
ρον ζωγραφῶσι, καὶ ἐπάνω καρδίαν. δηλοῦντες
ὅπως ἡ ἔξοχὸς καρδία, διὰ παντὸς πυρεῖται,
ἔτωσ ἡ αἰγυπτίη, ἐκ τῆς θερμότητος, διαπαντὸς
ζωογονεῖται ἐν αὐτῇ ἢ παρ' αὐτῇ ὑπάρχοντα.

*γ'. πῶς ἀνθρώπον μὴ ἀποδημήσαντα;

Ανθρώπον τῆς πατρίδος μὴ ἀποδημήσαντα
σημαίνοντες, ὀνοκέφαλον ζωγραφῶσιν: ἐπει-
δὴ ἔτε ἀκέραι ἰσοείας, ἔτε τῶν ἐπὶ ξένης γινο-
μένων αἰσθάνεται.

*δ'. πῶς φυλακτήριον.

Φυλακτήριον δὲ γράφειν βελόμηροι, δύο κε-
φαλάς ἀνθρώπων ζωγραφῶσι, τὴν μὲν τοῦ
ἀρσε-

deprehendere, quod cum in cæteris orbis tractibus hyeme soleant exundare flumina, idq; propter imbres copiosos & assiduos; sola Ægyptiorum regio, quoniam totius orbis velut umbilicus est ac media, non secus ac in oculo pupilla, astate sibi inundationes Nili procreat.

22. Quomodo Ægyptum designant?

ÆGYPTVM autem designantes, conflagrantem acerram pingunt, & supernè Cor: illud innuentes, quòd quemadmodum Zelotypi cor in perpetuo astu ac flamma est; sic Ægyptus, quia immodicè calet, continenter quæ in se sunt animat ac procreat.

23. Quomodo hominem, qui è patria peregrè nunq̃ profectus sit.

HOMINEM qui nunquam solo natali relicto peregrinatus fuerit, significantes, Onocephalum pingunt: quia nec ullam audit historiam, nec quæ apud exterarum gentes fiunt, cognoscit.

24. Quomodo tutelam ac præsidium?

PRÆSIDIVM autem ac remedium innuere volentes, duo pingunt hominum capita, unum ma-

ἀρσεν Θ ἔσω βλέπεσαν, τὴν ἰθιλυκὴν ἔξω: ἔ-
τω γὰρ φασιν ἐδὲν τῆν δαίμονιων ἐφάψεται. ἐ-
πειδὴ κὺ χωρὶς γραμμάτων, ταῖς δυοὶ κεφαλαῖς
ἐαυτῶν φυλακτικαῖς ζῶσι.

κί. πῶς ἀνθρώπον ἀπλασον γράφουσιν.

Ἄπλασον ἰ ἀνθρώπον γράφοντες, βάτραχον
ζωγραφῶσιν. ἐπειδὴ ἡ τέταρτος χύσις ἐκ τῆς Ξ
πόταμι ϵ ἰλύ Θ ἀποτελεῖται. ὅθεν καὶ ἔσθ' ὅτε ὀρα-
ται τῶ μὲν ἑτέρω μέρει αὐτῶ, βατράχῳ: τῶ ἰ λοι-
πῶ, γεώδει ἰνὶ * ἐμφερέως. ὡς κὺ ἐκλιπόντι τῶ πο-
ταμῶ, συνεκλείπειν.

* Ald. ἐμφε-
ρεως.

κς. πῶς ἀνοιξιν.

Ἀνοιξιν ἰ θέλοντες δηλωῶσαι, λαγῶν ζωγρα-
φῶσι. διὰ τὸ πάντες οὗ ὀφθαλμοὺς ἀνεω-
γύτας ἔχουσιν Ξ τὸ ζῶον.

κς. πῶς τὸ λέγειν.

Τὸ λέγειν ἰ γράφοντες, γλώσσαν ζωγραφῶσι,
καὶ ὑφαίμον ὀφθαλμόν. τὰ μὲν πρῶτα τῆς
λαλιᾶς, τῆ γλώσση μερίζοντες, τὰ δευτερεῖα δὲ
ταύτης, τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἔτω γ' οἴτε λόγοι τελεί-
ως τῆς ψυχῆς καθεστήκασιν πρὸς τὰ κινήματα αὐ-
τῆς

ris intro afficiens, alterum scemina foras. Ita enim nulum demonem invadere posse asserunt. Sic enim & sine literis, duobus inquam capitibus sese ab omni discrimine & insidijs tuentur.

25. Quo modo imperfectum adhuc hominem, rudemq; ac informem fœtum demonstrant?

HOMINEM nec dum omnibus in utero membris effectum notantes, ranam pingunt: quòd hæc cum ex limo fluminis procreetur, interdum altera quidem sui parte rana, altera terrestre quippiam videatur: adeò ut deficiente flumine, ipsa quoq; deficiat.

26. Quo modo apertum ac patens quippiam.

PATVLVM autem quippiam significare volentes, leporem pingunt; quòd semper apertos habeat oculos hoc animalis genus.

27. Quo modo sermonem?

SERMONEM porrò designantes, linguam pingunt, subtusq; cruentum oculum: primas quidem sermonis partes lingue, secundas verò oculis tribuentes. Sic etenim perfecte consistunt ipsius animi sermones, cum ad
ejus

τῆς συμμεταβάλλοντες: εἶπε καὶ ἕτερα λαλιά
 παρ' αἰγυπίοις ὀνομάζει. ἕτερος ἢ τὸ λέγειν ση-
 μαίνοντες, γλώσαν καὶ χεῖρα ὑποκάτω γράφει.
 τῆ μὲν γλώσση, τὰ πρῶτα εἶς λόγος φέρειν δεδω-
 κότες: τῆ ἢ χεῖρ, ὡς τὰ τῆς γλώσσης βελήματα
 αὐτόση, τὰ δεύτερα.

κί. πῶς ἀφωνίαν.

Ἀφωνίαν ἢ γράφοντες, δεξιμὸν αἰε. γράφει-
 σιν, ὅς τετρεῖς ἐστὶ χρόνος δεξιμὸς, ἐκ τριακοσί-
 ων ἑξηκονταπέντε ἡμερῶν εἶς ἔτος ὑπάρχοντα.
 ἐφ' ὃν χρόνον μὴ λαλήσαν τὸ παιδίον σημειῖται
 ὡς * ὡς ἀπεποδισμῶν τῆ γλώσση.

* παρείπετο
 δεξιμὸν τῆ
 αἰε.

κθ. πῶς φωνὴ μακρόθεν.

Φωνὴ μακρόθεν βελήματα δηλώσαι, ὃ
 καλεῖται παρ' αἰγυπίοις αἰε: ἀέρθ φωνὴν
 γράφει. τετέστι βρογτῶ, ἧς εἶδεν καταφθέγγει
 μῆζον, ἢ δυναμικώτερον.

κ. πῶς δεξαμογονίαν.

Δεξαμογονίαν ἢ γράφοντες, παπύρος ζωγρα-
 φῆσι δέσμω: διατέτε δηλῶντες τὰς πρῶ-
 τας

eius motus sensaq; accommodantur ac variantur: praesertim quum apud Aegyptios animus, alter sermo nominetur. Quin & aliter sermonem inuentes, linguam subtusq; manum pingunt: linguae quidem, primas in loquendo adscribentes, manui verò, ut quae linguae placita exequatur, secundas partes.

28. Quomodo silentium?

AT silentium significantes, numerum 1095. pingunt, qui triennij numerus est, si ex trecentis sexaginta quinq; diebus annus constituatur: intra quod tempus cum non loquatur puellus, indicatur eum*, et si ^{linguae impedita esse.} perpetuo linguam habuerit, vocem tamen ac loquelam defecisse.

29. Quomodo vocem remotam.

VOCEM remotam volentes significare, quod Aegyptijs vae dicitur, sonitum pingunt aëris, hoc est tonitru, quo nihil quicquam majus aut vehementius resonat.

30. Quomodo antiquam originem?

ANTIQUAM originem notantes, papyri fasciculum pingunt, hoc primam indicantes educationem,

F tionem,

καὶ ἐκάστῃ ἡμέρᾳ νεδ' ἔμδρον) Dubitabamus
antea, quomodo locus esset restituendus, ac ἐδ' ἔμδρον
vel ἐδιόμδρον substituebamus. Sed jam planè locus e-
rit restitutus, si ex veteri legas νεεγ' ἔμδρον.

καὶ χοινίον) Hoc nomine stilum appellat ex juncis
concinnatum: χοῖν & enim juncus est.

καὶ ἐγγράφει) Potest hoc referri vel ad Cynocephā-
lum, ut nos vertimus, vel ad sacerdotem, ut sit sensus:
& ubi sacerdos ex eo genere Cynocephalum esse perspexerit,
quod literis addictum est, eum inter animalia sacra
refert, & in ordinem sacrum cooptat. Id enim significa-
tus saepe habet verbum ἐγγράφειν.

ἐπεὶ ἐρμῆ ἐνεμήθη τῶ πάντων μετέχοντι γραμ-
μάτων) Est enim Mercurius orationis ac eloquentiae
praeses: quem & Plato ἐρμῶ quasi εἰς ἐμῶ, deum sci-
licet qui dicendi rationem excogitaret, dictum vult.

Unde

Unde olim apud Græcos in foris, ἐξ μῆς ἀγοραῖς.

ἀλλ' εἰς ἰχθυώματα ἀγρον) Ita emendo, ἀλλ' εἰς ἰχθυώματα ἀγρον, vel potius ἀγρός, sed neq; si piscibus alatur, quod tamen ejus naturæ repugnat, propterea ignavus est, aut inertia torporiq; deditus; quem admodum externi sacerdotes. Ægyptios enim sacerdotes sapientiæ studia & optimas quasq; artes magnâ coluisse diligentia, eminentissimi prodiderunt autores, inter quos & Aristoteles circa initium τῶν μὲν τὰ φυσικά. [In veteri legitur ἰχθυώματων ἀγρον, ut sit ab ἰχθυάω.]

χήματα) Hæc dictio in Venetiano quoq; exemplari ascribitur, sed longius à cæteris distans, quod ostendit aliquid hoc loco desiderari. [Verùm in m. s. prorsus omititur.]

πῶς ἰσημερίας δύο) Græci dierum, Latini nobilium rationem habuerunt. Unde factū est, ut quas Græci ἰσημερίας, Latini æquinoctia vocarint, cùm vox Græca æquidia sonet. Hæc contingunt Sole æquatorem quem vocant circulum perlustrante, sub signis ariete & librâ. Bis enim in anno noctes diebus æquantur, verè in mense Martio, & autumno mense Septembri.

Pag. 27.

δωδεκάκις τῆς ἡμέρας καθ' ἑκάστῳ ὡραν ἐπεὶ) Atq; hinc duodecim horarum origo fuisse creditur. Quodam enim tempore Trimegistus, cùm esset in Ægypto
sacrum

sacrum quoddam animal Serapi dedicatum, quod in toto die duodecies urinam fecisset, pari semper interposito tempore, per duodecim horas diem dimensum esse coniecit, & exinde hic horarum numerus custoditur. Alij dicunt ex quadraturâ cæli, quæ secundum musicam rationem in 12. partes dicitur esse divisa, horas 12. esse nominatas. Aquam enim per totum diem exceperunt tenuissimâ cavernâ defluentem, & hanc majores nostri in 12. partes dividerunt, ex his partibus horis nomen imposuerunt. Hæc insignis Rhetor Victorinus in luculentis illis commentarijs, quæ in rhetoricos Ciceronis edidit. Quæ ideo hic ad verbum transferre visum est, quòd ad sequentium intellectum faciant. Sacrum autem animal, nostrum intelligit Cynocephalum.

ἵνα δὲ μὴ διγύτερον) Corruptus est locus hic, & ita meo judicio restituendus, ut τὸ ὕδωρ quod priori loco habes expungatur, & pro κατασδιάσματα, unitatis numero κατασδιάσμα legatur, sic: ἵνα δὲ μὴ διγύτερον κατασδιάσμα ὑπάρχη, δι' ἃ τὸ ὕδωρ &c. [Ceterùm quod hic legimus διαφραγίδες, in veteri haud scio an rectiùs legitur δειράντες, q. fibula traicentes.]

κεφαλῶν ἧ ἔχει μεγάλῳ) Caput habet Leo

Pag. 29.

maximum, & fortissimum, si Plinio credimus lib. 8.

V cap.

cap. 36. Caterùm de leonum naturá amplè apud eundem, ejusdem lib. cap. 16.

Pag. 31.

κοιμώμεν & ἡ ἀνεωγότας τέττις ἔχει) Paten-
tibus dormit oculis, quod uno verbo κορυβαλιᾶν Grae-
ci dicunt, ut & autor est Plinius lib. 11. cap. 37.

αἰγυπιαὶ νοιῶ, ἐρμωδθὲν δὲ σημαίνει νέον)
Et νεῖλ & ἡμοq; Graecis, autore Servio, dicitur ὡσαύτῃ
νέον ἰλιῶ ἔλκειν, quòd novum secum limum facemq;
trahat.

τεῖς ὑδρίας) Nunc ὑδρίαν genere faeminino, nunc
ὑδρεῖον neutro dicit. Utrunq; nomen vas denotat. a-
quarium.

Pag. 33.

ὁ ἥλιος εἰς λέοντα ἡρόμεν) Idem testatur Plin.
lib. 1. cap. 18. his verbis: Nilus ibi coloni vice fun-
gens, evagari incipit, ut diximus, à solstitio aut nová lu-
nâ, ac primò lentè, deinde vehementiùs quandiu in Le-
one Solest. Mox pigrescit in Virginem transgresso, atq;
in Librà residet, & reliqua.

Τὰς χολέδρας) Ego libentius κλεψύδρας lege-
rim, aut certè modica immutatione facta χολύδρας:
quò nomine canales innuantur, ὡσαύτῃ ἐν αὐτῆς ὡσ-
ανεὶ χολᾶν ἐῦδωq; quòd in illis videatur aqua ger-
minare ac pullulare.

κατ' ὄχλιν πλεονασμῶν ὑγρότητος) Potest expleri locus hic, si adjicias τῷ ἀπὸ σημείω χερῶν, idem signum, Leonem inquam, adhibent, cū ob immodicam Nili inundationem preces fundunt. Exundat autem præter modum Nilus, si 16. cubitos exuperaverit. Ut enim ibidem inquit Plinius, si 12. cubitos non excessit, famines certa est, nec minùs si 16. exuperavit.

ὅμοιοι ὄμοιοι) puto legendum ὅμοιοι ὄμοιοι. Hoc enim antè dixit nomen esse Nilo apud Ægyptios, nisi maris legere ὅμοιοι. Quæ enim sequuntur, Nilo accommodantur. [At in veteri legitur, ὅμοιοι ὄμοιοι.]

ἄσπερον ἄσπερον) Fortè quòd in hac gustus sit, sine quo nullum esse animal tradit Aristoteles: cū tamen lingua carere testudinem marinam scribat Plin. lib. 11. cap. 37.

πέτρων ὄμοιοι) Vide de hac re Pomponium Melam.

ὄμοιοι) Quoddam animalis genus, cui ab asinino capite nomen est. Alij asini caput simpliciter exponunt.

Pag. 35.

πῶς φυλακτήριον) Amuletum Latini appellant, omne id scilicet, quod efficax est ad arcendum venenum ac discrimen: vocant ἔ Græci ἀλεξιφάρμακον.

Pag. 37.

καὶ χεῖς γραμμάτων) Huiusmodi ferè sunt omnia hæc Ægyptiorum sacra symbola & celatura.

ἀπλασον ἢ ἀνδρωπον) ἔμβρυον aut ἔμβρυονα uno appellant nomine, fœtum nimirum adhuc imperfectum, qui etiamnum in utero est: βρέφει ab Homero dici existimat ejusdem interpres Iliados.

Pag. 39.

τῷ μὲν ἐτέρω μέρει αὐτῆ βατράχῳ) Hoc eleganter declarat Ovidius Metamorph. 1.

*Et eodem corpore sepe
Alter a pars dicit, rudis est pars altera tellus.*

Τὰ δὲ τερεῖα ἢ ταύτης τοῖς ὀφθαλμοῖς) Nec immeritò: cum nulla ex parte, ut scribit Plinius libri 11. cap. 37. majora sint animi indicia, homini maximè. Voces autem sunt τῷ ἐν τῇ ψυχῇ παθῶν σύμβολα, ut scribit Aristoteles in lib. περὶ ἐρμηνείας.

ἐκ τετρακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν ἔτερος ἑτάραρον) Extrecentis (ut antè dictum est) 65. diebus naturalibus, cum quadrante, id est, sex horis, conflatur annus, quæ quot annis collectæ, quarto anno diem constituunt, ut venustè Ovidius lib. Fast. 3. illo expressit disticho:

*Is decies senos tercentum & quinq; diebus
Iungit, & c̄ pleno tempora quarta die.*

σημειῖται ὡς ἑτάραρον] indicatur eum lingua præpeditum. Facilis lectio ex m. s. Nam quod ante a le-

τα λεγεσθαι, ὡς παρείπετο διαμύρον: difficile poterat
intelligi. Facile verò fuit ex ᾧσαπεποδισμύρον, igna-
ro praesertim aut oscitanti scribae, facere παρείπετο δια-
μύρον.

Pag. 41. τὰ τέκνα Ἰξ ἡδονῶν] m. s. τὰ δεκαεξ, id
est, quum enim voluptas, ut diximus, à sexto decimo
anno sumat initium. quae lectio est melior.

πάντων γδ Ἰπιβαίνειν) lego Ἰπιβαίνει.

πολὺς ὀνομαδῆς) Ita ἔ in Venetiano legeba-
tur, sed quis non videt ὀνομαδῆσεται legendum, ubi
futurum pro praeterito Hebræorum forsàn more usurpa-
tum notabis, sicut ἔ infra ὁ λόγος ἀποδοθήσεται,
nisi utrobique; manvis aoristum substituere ὀνομάθη ἔ
ἀπεδόθη. [Ceterum h. l. inter πολὺς ἔ ὀνομαδῆσεται
spacium quoddam interjicitur in m. s. quasi desit verbū.]

Pag. 43.

διὰ πενταχοσίων ἐτῶν) Plinius tradit annis sexcen-
tis sexaginta vivere, libri 10. cap. 2. ubi mirum sanè ejus
describit ortum. Senescentem, inquit, casia thurisq; sur-
culis constituere nidum, replere odoribus ἔ super emori:
ex ossibus deinde ἔ medullis ejus nasci primò ceu vermi-
culum, inde fieri pullum, principioq; justa funeri priori
reddere, ἔ totum deferre nidum prope Panchaiam in
Solis urbem, ἔ in araribi deponere.

ἡλίω χαίρειν ἕω' αἰγυπίων) Libentius legerim

ἐπ' αἰγυπλίω. *Scribit & ibidem Plinius, sacrum in Arabia Soli esse.*

Pag. 45.

ἡ ἱβίς καθ' αὐτὴ τῆ καρδία ἐστὶν ἐμφερής) *significat Ibi cor esse maximum, ut tota penè nihil aliud, quàm cor esse videatur. [Pro ἐμφερής in m. s. legitur ἀμερής, quasi cor Ibidis dividit nō possit; quod non perinde placet.*

ἢ πέρας) *Nonnulli lineam vel punctum exponunt: sed malo finemvertere, cū huic sensui quadret optimè ratio quæ postea subjungitur.*

Pag. 47.

πᾶς ὁ ἔχων τὴν τροφὴν, μαθήσεται τὰ γράμματα, καὶ τὰ λοιπά) *Unde Juvenalis:*

*Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.*

Et illud Alciati emblema:

*Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet alas.
Ut me plumale dicit, &c.*

ἀμβρής) *Nomen est Ægyptium, quantum conjectare licet.*

μαθὼν γράμματα εἰς ὄρμον) *Nam juxta senariū proverbialem, διπλὴν ὄρῳσιν οἱ μαθόντες γράμματα. Et, βακτηρία γάρ ἐστι παιδεία βίς. Et in lib. epigram.*

*ἢ ὁ ἀρετὴν σαθερόν τι καὶ ἀτροπον, ἢς ἐπὶ μῆνης
καὶ ματὰ θαρσαλέως πομπούρει βιότις.*

Pag. 49.

προσβύθιασι πῶκι καὶ βασιλικῶ σολιῶ παρκαυδύλιω χῆμα γυμνόν) *Nec desuerunt, autore*

Plinio

Plinio libri 6. cap. 30. qui canem pro rege haberent, motu
ejus imperia augurantes. Caterum ubi legitur χῆμα
γυμνὸν, malim dandi casu legere, χῆμα γυμνῶ, nisi
maavis dicere, pendere hunc accusandi casum à participio
ᾤδα κειμήλιω ex τι prapositionis, ut saepe fit.

πῶς δηλῶσιν ἀγνοίαν) Miror non advertisse* τῆ- Pag. 51.
* Bernardini
Trebati.
terem interpretem, ἀγνείαν, hoc est, puritatem legen-
dū esse, non, ut ipse vertit, ignorantiam, hoc est ἀγνοίαν,
quod rationi, quæ subsequitur, non est consonum. Quæ
causa fortassis eū impulit, ut pro dictione καθαρμός,
quæ purgationem lustrationemq; significat, corruptio-
nem verterit.

ἰχθῶν ζωγραφῶσι) pro ἰχθῶν et si Venetiano
exemplari refragante, lego ἰχθῶ.

κενοποιὸν γὰρ ἰχθῦς πᾶς) Non desunt ex piscibus,
qui hamum devorent, aut mordeant, atq; escā spolient.
Et omninò de astu piscium varijs locis Plinius lib. 9.

καὶ ἀλληλοφάγον) De simultate piscium inter sese,
idem lib. 9. cap. ultima.

ἄπαξ εἰς θήλειαν φύσιν καθεὶς ἑῖς αὐτῆς) In tau- Pag. 53.
ris conceptionem uno initu peragi autor est idem Plin.
lib. 8. cap. 45. quæ si fortè pererrarit, 20. post die marem
fœmina repetit. Hos non sæpius quàm bis die inire, idem
attestatur.

Pag. 54.

ὄρυγα (ζωγραφεῖσι) Orygem Plinius tradit animal esse unicomne ac bisulcum lib. II. cap. 46. Hunc quidam dicunt contrario pilo & ad caput verso, vestiri, lib. 8. cap. 54. De eodem, caniculæ vim exponens lib. 2. cap. 40. ita scribit: Orygem appellat Ægyptus feram, quam in exortu ejus contra stare, & contueri tradit, ac velut adorare, cum sternuerit. [Ceterum nos ex m. s. codice pro ὄρυγα reposuimus ὄρυγα coturnicem: propterea quòd infra huic animanti alas tribuat. Negocium tamen videtur facessere, quod anteriora crura nominat, nisi anteriorem crurum aut pedum partem in coturnicē intelligas. Faceffit & illud, quod dicat huic animanti priscos reges in sedisse, quodq; labia nominet.]

(ζωγραφεῖς ἐὰν εἴδῃς κόρας) Pupillas oculorum ita depingit, eoq; colore inficit, ut indignantis tristantisq; habitu conspiciatur, aut certè humi oculos defigens, velut eos pingere pulveri imprimens videtur.

Pag. 56.

ὡς ἕνων γνομόνων) γνομώνω norma à Kalla-verti solet: stylus ex cujus umbra horarum sumitur indicium.

ἔρ μόνον τῷ πλωῶν) Mirum sanè est, quòd hoc loco Orygem inter volatilia annumeret, quod à nemine, quod sciam, est proditum. Itaq; totum hunc locum corruptum existimarim. Nec qua ratione possit restitui succurrit, nisi fortè pro τῷ πλωῶν legimus τῷ ἰνεῶν.

[ἔρ

[ὄρυγον ἰσχυρῶν) Hoc Orygi accommodari non poterat: propterea commodum occurrit vetus exemplar quod nobis totum hunc eximeret scrupulum. Caterum antea post ἐπειδὴ dictio una desiderabatur, quam ex veteri codice contextui inseruimus, ἀντιδικίαν.]

ὁ μῦς τὴν καθαρώτατην αὐτῶ ἐκλεξάμενος) Hoc idem Plin. lib. 8. cap. 37. de muribus Ponticis tradit, quorum, inquit, palatum in gustu sagacissimum autores quonam modo intellexerint, miror.

μύμηκα (ζωραφῆσι) Miram formicarum industriam, & ingenium vide apud Plin. lib. 11. cap. 30.

Pag. 85.

χλωαλώπεκα) Chevalopesces, quasi Latine vulpanseris dicas, in anserum genere connumerat Plin. lib. 10. cap. 22. [Quod hic legebatur συμβάλλειν, rectè ex veteri exemplari est immutatum in σεβάζειν.]

ὀχαρισίαν γράφοντες, κικκφὰν (ζωραφῆσι) Nomen hoc peregrinum esse ac barbarum satis apparet. Caterum hanc esse eam avem existimo, quam Greci πελαργὸν, Latini ciconiam appellant. Ciconia, inquit Plin. lib. 10. cap. 22. nidos eosdem repetunt, genitricum senectam in vicem educant. Unde & factum est verbum ἀντιπελαργεῖν, pro eo quod est promerentibus gratiam in tempore referre. Cujus rei rationem totam Suidas diligenter his verbis explicat: que ideo adscribere visum

Pag. 60.

est, quòd his Ἐκίονια ἔκκίονια ἔκκίονια, de quo proximo capite, naturæ apertè ac eleganter exprimentur. ἀντιπελαργεῖν, ἀντιδιόνομα (ἄς χάριτας. λέγει) γῶ, ἔκκίονια πελαργεῖς γενηρακότας ἔκκίονια γονεῖς τρέφειν. Ἀριστοτέλης δὲ φησὶ τὸν πελαργῶν λόγον ἀληθῆ· ὁμοίως ἢ αὐτοῖς φησὶ ποιεῖν καὶ ἔκκίονια ἀερόποδας. διὸ ἐν τοῖς σκήπτροις ἀνωτέρω μὲν πελαργὸν τυπέσι, κατωτέρω ἢ ἵπποπόταμον· δηλῶντες, ὡς ὑποτέτακτον ἢ βία τῆ δικαιοπραγία. οἱ γῶ πελαργοὶ δικαιοπραγεῖς ὄντες, ἐπὶ τῆ πύργων βασιλεύσει ἔκκίονια γενηρακότας γονεῖς· οἱ ἵπποπόταμοι, ζῶν ἀδικώτατον. Est in hanc rem Alcibiati emblema:

Acrio insignis pietate Ciconiansido. ἔκκ.

διόνομα] γράφ. ἢ ἀνομα.

Pag. 62.

(ἵπποπόταμος ὄνομα) Hippopotamum describit Plinius lib. 8. capite 25.

ἄεισεραὶ (ζωγραφῆσι) De columbis Plin. lib. 10. cap. 34.

Pag. 64.

(βασιλέα ἢ χάριτον) Antequam in Venetianum exemplar incidissem, quoniam in exemplari nostro legabatur χάριτον, legendum credebam κράτιστον, potentissimum: cui sanè lectioni quadrat optime id quod subnecti-

πεδίται, ἀνιπόμφοι γράφειν τὴν βασιλέα ἔ κόσ-
μα κρατεῖν.

παρ' αὐτῶ --- ἐν τῷ κόσμῳ) *Lacunam hanc re-
plendam existimo interjecto verbo κυβερνάται aut
ἑπάρχει, ut intelligatur, ab eo non secus regi mundū,
ac domum regiam, quæ in orbis ambitu utiq; continetur.*

Pag. 66.

ἐκ τῆς ἑμέλιτ --- ἐκ τῆς ἑκέντες) *Lacunas
huius sententiæ ita replendas existimo, ut legas, ἐκ τῆς
ἑμέλιτ ἑκέντες ἢ ἐκ τῆς ἑκέντες ἑ ζῶε
διδάμεως, βασιλέα ἑκέντες ἄμα ἢ ὄφρον εἶναι
πρὸς διοίκησιν.*

κροκόδειλον (ζωγραφῆσι) *De quo Plin. lib. 8. cap.*

Pag. 79.

25.

αὐτόκρον ἢ κατωφερῆς) *αὐτόκρον per se ac facile
pariens. Nam ἑ paulò antè πολυγόνον esse dixit. κα-
τωφερῆς exprosi, in ventrem pronum. Significat ἑ
hoc nomen in humum deflexum ac despicens.*

IN LIBRVM SE- CVNDVM.

847-71.

Καὶ ἀετῆ νεοσσὸν) νεοσσὸς lego, & ubi in Venetiano paulò post κυκλονδὸν legebatur, lego κυκλειδῆς. Caterùm existimò libri hujus initia mutila esse, ex eo potissimum, quòd cùm caterorum rationem diligentissimè attulerit, in his rationem subticuerit, idq; ad ibud usq; caput, cuius est titulus, τί δηλῶσι, χειλιδὸνα γράφοντες. Nisi fortè horum omnium rationes prætermittendas autor ipse censuit, quòd vel omnino ignotæ essent, vel quòd potius credendum sit, quòd apud Ægyptios vulgò notissimæ essent.

δύο πόδες σωνηγόμφοι) Lego vel σωνηγμόροι, vel σωνημμόροι, aut si libet σωναγόμφοι. Progressus siquidem Sol ad ultimum punctum Cancrici vel Capricorni, iam ibi defixus subsistere videtur, quòd non ultra, austrum vel aquilonem versus progrediatur, sed incipiat vel à nobis abscedere, vel ad nos rursum propiùs accedere. Greci conversionis Solis rationem habentes, τσοπὰς χειμεινὰς καὶ θερινὰς dixere, quæ Latini hyberna æstivaq; solstitia, nomine ex ejusdem statione desumpto, quòd ibi stare videatur.

848-73.

αἰδοῖον χειλικρατέρμφοι) Unde & legimus quòd-
dams .

dam extitisse philosophum, qui in somno manum alteram ori, alteram pudendis admooveret; innuens nimisrum hac duo esse in homine membra, quæ moderamine egeant, frenatūq; difficilima sint.

ἀνθη ἰ ἀνεμώνης) De anemone papaveris genere vide abunde Plin. lib. 22. cap. 23. Et Erasmum in proverbio ῥόδον ἀνεμώνη συγκρίνεις. Insuperq; medicos, præcipuè Dioscoridem lib. 2. cap. 169.

pag. 76.

γυαῖκα ἔγγυον) Vide num ἔγγυον legi possit, Et quod post sequitur σημαίνει, structure sensusq; ratio postulet, ut in ζωγραφεῖσι commutetur.

οἶον πῆξυγας ἔχων) ἔχοντα legendum existimo, quod Et oratio satis indicat.

ὥραν δηλοῖ) potest Et per horam, Et per anni pulcherrimam partem verti. Sed cum ratio hujus ex autore non appareat, fit ut non satis assequamur, utro hic modo sumi debeat.

pag. 77.

Φνοῖα] lege Φονῖα.

ὡς θῆραν --- τὸν ἀέρα) Et hic locus mutilus est, nec restitutu facilis, nisi dictionem τὸν ἀέρα, ut supervacuum expungas.

pag. 78.

πεῖραγματᾶ ἐπῖα) Malim cum veteri interprete legere γράμματᾶ. Sed Et hujus rationem rei ignoramus.

- Pag. 81. ἰχθυόμονα (ζωγραφεῖσιν) De Ichneumone Plinius
 lib. 8. cap. 24.
- Pag. 83. οἰργανον ἰεργλυφεῖσι) Herba est sic dicta, quòd
 montibus gaudeat, vel, ut alijs placet, quòd visum a-
 cuat. De hac & varijs ejus generibus Plin. lib. 20. cap.
 17. Hæc & cunila dicitur. Autor Diosc. quem vide lib.
 3. cap. 28.
- Pag. 85. ἐκσοίζοντα) Verti cum veterè interprete, caudâ
 flagellantem: significat propriè hæc dictio idem quod
 ἐκ τῆς σοᾶς ἐκβάλλοντα, quasi à porticu & antro suo
 pellentem.
- Pag. 87. διὰ τῆς εἰρέας) De hac re vide Plin. lib. 8. cap. 44.
 ταῦρον Ἰπὶ τὰ δρισερά) Idem Plin. ejusdem lib.
 cap. 45.
- ἀετόν λιθον βασαζοντα) de aquilis Plin. lib. 10. ca. 3.
- Pag. 92. ὠπίδα) Avem hanc dictam putat Plin. quòd sit au-
 ribus plumeis eminentibus, quam describit lib. 10. cap.
 22. & 23.
- Pag. 95. ῥήσσει ἑαυτὸν Ἰπὶ τῷ γλῶ, καὶ ὀπλῷ &c.) pro
 ῥήσσει legunt nonnulli ῥίπτει, sic & pro ῥήγματ &
 ῥίμματ &, & pro ὀπλῷ, κοπλῷ: quam lectionem nō
 improbo.
- Pag. 97. σόμα σόμαλι ἐμβάλλει) Vipera mas, inquit Plin.
 lib.

lib. 10. cap. 62, caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

αὐτὴ γὰρ ἐν τῇ --- ἔλκεται] Videtur deesse ἐν τῇ φυσικῇ τάξει, naturali ordine ac ratione, aut simile quippiam.

σαλαμαίνδραν ζωγραφεῖσιν] De hac Plin. lib. 10. cap. 66.

Pag. 99.

ἀσπάλακα ζωγραφεῖσιν] Talpis visum non esse, oculorum tamen inesse effigiem, si quis pratentam detrahat membranam, autor Plin. lib. 11. cap. 37.

ἀνθρώπον διαθέντα] ἀπὸ τῆς διαίνειν, quod verbum interdum ἔξαπατάν, decipere ἔσθ' circumvenire notat.

Pag. 105.

φαγόντα κόνυζαν] De qua Dioscorides lib. 3. c. 116.

Pag. 109.

ἀρχτὸν ἐγκυμονῶσαν] Plin. lib. 8. cap. 36.

Pag. 113.

ἐλέφαντα καὶ κερὸν] Vetus interpres pro ἐλέφαντα legebatur ἔλαφον, sicut ἔσθ' paulo post, ubi de dentibus elephanti fit mentio.

Pag. 119.

ἀδιαντὸν τὴν βοτάνην] Ea est quae vulgo capillus Veneris dicitur, inde nomen πατῆα, quòd folium ejus aqua perfusum ἔσθ' διαίνεται non madeat, sicco semper simile. De hac Dioscorides lib. 4. cap. 120.

Pag. 107.

διὸ καὶ κάμης ἔσθ' λέγεται] quidam legunt κάμης ἔσθ', quod in idem recidit, ἀπὸ τῆς κάμπειν τὸν κερὸν.

Pag. 123.

αἰνα-

Ibid. οἰνοβαρῆς, κυῶς ὄμματ' ἔχων, κρηδίῳ δ' ἐλάφοιο] *Homerus Iliados α'. Verba sunt Achillis Agamemnoni conviciantis. Hefsius ita vertit:*

*Ebrie, siſte meo, vultu diſtorte canino,
Qui trepidum pavidi cor habes timidiſſime cervi.*

Paſ. 127. λάμειαν ἔχοντα] *Lego λάμειαν, ἀντὶ τῆς λαμαργίαν.*

Paſ. 129. σεβθίον πυργύτιω] *De hoc paſſerum genere vide apud Paulum Aeginetam lib. 1.*

Paſ. 131. σεβθοκαμήλα πτερόν] *De ſtruthocamelo, quæ avium maxima eſt, Plinius initio ſtatim libri 10.*

ATq; hîc noſtrarum obſervationum finis ſit. Quas (eſſi non ipſis omnia, quæ in hoc autore mutila erant, loca reſtituimus) eo tamen nomine, boni, Lector, conſules; quòd non totum librum primum vetus exemplar, à doctiſſ. & diligentiſſ. homine Guil. Morelio nobis oblatum, habuerit: & Venetianũ exemplar, unde hæc tranſſcripta ſunt, multis ſcatebat mendis. atq; haud ſcio an paucioribus, quàm jam à multis annis hîc typis mandatum fuerat. Tu interim bene vale, & his fruere.

NOTAE DAVIDIS

HOESCHELII, AVG. AD I.

librum Hieroglyphic. Hora-
pollinis.

ΩΡΑΠΌΛΛΩΝⓄ] Ita liber Aug. calamo diligenter
 exaratus. Videtur is, cujus vitam ex Suida ini-
 tio prefiximus: isti enim libelli ad τερψικὰ referri pos-
 sunt. Alium puto fuisse Horapollinem Ægyptium sub
 Zenone Imp. cujus etiam Suidas meminit; quamvis lo-
 cus est lacunofus. Chæremonem & Hermapionem quoq;
 hoc argumentum attigisse: ex Eusebii libro 3. Præp. E-
 vang. è Suidæ collectaneis, & Ammiani Marcellini lib.
 17. cognoscimus; Hermatelem, ex Tertulliano de spectā-
 culis: quanquam id nomen libri ms. multis modis vari-
 ant. Quod porrò quidam ΩΡΑ ΑΠΌΛΛΩΝⓄ scribūt,
 quo etiam modo in apographo Indicis libror. m. s. Biblio-
 thecæ Vaticanæ legitur: id vel etymologie ratione; vel
 quòd sit τὸ διήγορα φερύων, fieri dicamus. Hora-
 pulum, elegans m. s. quem Justus Poghinus Gallus o-
 lim J. Scheckio JC. amico nostro, ostendit, in frontispicio
 & sine constanter nominat: sive id recentium Græcorum
 more, qui pro Moscho dicunt Moschopulus; seu cor-
 ruptè, pro Horapolline.

ἱερογλυφικά] *scil.* γράμματα: quæ αἰγυπτιακά vocat Diod. S. libro I. αἰθιοπικά ἔστι ἱερά, lib. 3. ορρονιτῆς; τοῖς δημώδεσι, quæ δημοτικὰ Herodoto Euterpe. De his Plinius lib. 36. cap. 8. etenim sculptura illa, effigiesq; quas videmus; Ægyptiæ sunt literæ: σημεῖα λινὰ καὶ χαρακτῆρες, Lucian. Hermotimo: quam inde τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν appellat Philo, Clem. Al. μυστικῶν, ἔτι αἰγυπτίων θεολογίαν, Plut. vide ἔ C. Tacit. lib. 11. Amm. Marcell. lib. 17. De symbolo autem Crucis hieroglyphico, Socratem Eccles. hist. lib. 5. cap. 17. ἔ G. Cedreni annal.

Cap. 1.

πῶς αἰῶνα] Facile assentior conjectura nobiliss. viri, ἔ τωσφώνησιν hinc deesse; quum secundi libri proæmium eam lectoribus suspicionem moveat: ἔ παραφρασιν potius, quàm nudam interpretationem, Philippi illius videri posse; quum aliena fide, σημαίνεσι, non σημαίνοντο, omnia recitentur. Versus etiam Homeri, lib. 2. cap. 101. adferatur.

ὄφω] Cyrillus lib. 9. contra Julianum, ait; Ægyptios fingere serpentem in figuram temporis.

τετῶν ἔρων ὄφρων] Varia serpentum genera libro ad Pisonem, de Theriaca, commemorat Galenus: ac de

Basiliscus color est substans, inq; capite tres habet cristas: solo in tuum, ἔ sibi lo, necat; mortuus etiam, si tangatur.

Basilisco quidem hæc; ὁ μὲν γὰρ βασιλίσκος (ἔσι γὰρ τὸ θεοῖον ὑπόξανθον, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τετρεῖς ὑπεροχὰς ἔχον) ὡς φασιν, ὅτι καὶ ὄφρεις μέγιστον, καὶ σκελετῶν

ὄφρων

ἀκροθεῖς, ἀναρρεῖ τὰς ἀκρόσκινας καὶ τὰς ἰθύνοντας αὐτὸν: καὶ ὅτι τῶν ἄλλων ζώων, εἴ τι καὶ ἀψαυτο τῷ ζώῳ ἀνηρηρῆς, καὶ αὐτὸ τελευτᾷ ἰσθμίας, καὶ ἀπὸ τῆτο πάναντος τὸ γλῶττῶν ἄλλων θηρίων ἐγγὺς εἶναι φυλάττεται. *Ibidem (ut hoc obiter ostēdam)*

ancilla Cleopatra Νάειρα ἔ * Καρμιόνη *dicuntur,*
 ἔνα Plutarcho* εἰρηῖς καὶ χάριμον.

* καρμιόνη,
 Glycas.

* γράφ. καὶ ἄ-
 ρος.

Cap. 3.

ὄφιν [ὠγραφοῖσι] *Cyrillus lib. eod. aspidem, in figuram cæli: quod in circulum feratur. Sunt, qui anni symbolum faciunt: vide H. Volfium, in somnium Scipionis.*

τὸ γῆρας] τὸ σύφαρ, *Luciã. Hermet.* (Sic *Aristoph.* γελῶ μάλλον, ἢ τὸ γῆρας ἀφείς: *Suid.* ἀντὶ τῆς ἐάσας· ἡ μεταφορὰ δὲ ἀπὸ τῶν ὄφεων, τῶν ἐκιδυόμενον τὸ γῆρας. *Vise Aristot. 8. hist. animal. 17. Theocriti Agram. Ælian. lib. 9. de animal. cap. 16. Nicandri Theriaca. Plin. lib. 8. cap. 27. ἔ lib. 20. c. 23. Virg. 3. Georg. 2. Æneid. Nonn. Dionys. lib. 41.) Serpentem inde symbolum Medicinæ dixerunt. Ut enim ille scæniculi gustatu senectam exuit; oculorumq; aciem succo ejus reficit: ita ægroti, ope artis Medicæ, morbos depellunt, *Theodor. lib. 1. Therapeut.**

τῶν μείωσιν εἰς αὐτὸν λαμβάνειν] *Quod Simpli- cius, εἰς τὰς ἰδίας ὀλότητας reverti, dixit: Epicharmus, καὶ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, πάλιν: γὰρ μὲν εἰς γαῖν, πνύμα δ' αὖα. Similia apud Philon. ἔ Eurip.*

ἐνιαύσιον χρόνον] ὡς τελλόμενον, ἢ ὡς ἐπι-
πλόμενον ἐνιαυτός, Hom: ὡς δὲ τὸ ἴεναι εἰς ἑαυτὸν.
*Annus vertens, est natura, dum Sol, percurrrens 12. si-
gna, eodem, unde profectus est, redit: Censorinus, Hero-
dot. lib. 1.*

Cap. 3.

ἀστρῶν] *Hac lectio m. s. cod. Aug. vera est: is est
ἀστρῶν κύων: τὸ κατ' ἕρανὸν ἀστρον Cl. Alex. intel-
ligitur Canis, quæ est Canicula, Sirius. Plut. lib. de Iside;
λέγουσιν οἱ ἱερεῖς, καλεῖσθαι κυῖα μὲν τὴν Ἴσιδον
ὑφ' ἐλλώων, ὑπ' αἰγυπίων δὲ Σῶθιν (pro quo ali-
bi, apud eundem, Σώθην legitur) ἔστι δὲ ἀστρον τὸν
Σείριον, Ἴσιδον νομίζουσιν. Homerus: ἔστι δὲ ἀστὴρ,
Iliad. λ'. ὁ τῆς ἠελιόνης κύων, Lucia. de quo Didy-
dymus ad lib. Iliad. x'. Nonn. Dionys. lib. 47. Sirius ali-
quando pro Sole accipitur, Diod. S. lib. 1. Plut. de Iside.*

Σείριον.

Cap. 4.

πεντεκαίδεκα μοιρῶν ὑπ' ἀρχῆσαν] *sc. σελήνην:
quindecim gradibus confectis; id est, quando 15. parti-
bus à ☉ recessit, post extendens ad 8: tum enim ὑπ' ἀρχῆσαν
esse definit, et fit orientalis à Sole, secundum Astrologos.
Ptolé. lib. 4. τετραβίβλος, cap. ὡς ἐπισημασμένων.
Theon in Arati phænom. Plin. lib. 2. cap. 14. Interpre-
tatio illa, quæ ἐ. μοίρας pro 15. diebus accipit, locum
habere non potest: quia tum Luna Soli opponitur, et ple-
num*

num lumen nobis obvertit: tantum abest, ut corniculata appareat. De hoc Horapollinis loco, quidam vir doctissimus, sic ad me: Proponit autor distantiam 15. partium, id est, 15. graduum, non quòd in illo positu duntaxat & cornua sursum tendat; nam revera quum primum illa unico gradu à ☉ conjunctione discedit, statim respectu nostri cornua erigere incipit, etiamsi nondum appareat: sed dum 30. diebus completis, ait, & deorsum inflexa gerere cornua; cum vulgo loquitur, quod integro mensi 30. dies tribuere consuevit. Supponit autem Solem in eodem positu, quo supra, id est, in Occidente, & Lunam ejus conjunctionem appetentem: tunc enim & antequam ☽ in eodem longitudinis puncto jungitur, cornua sua deorsum inflectit.

Vide infra ca. 66.

τριάκοσιων ξξ. ἡμερῶν] Plin. lib. 18. cap. 25. & l.

Cap. 5.

34. c. 7. Janum geminum à Numa rege dicatum scribit, qui pacis bellique argumento colatur, digitis ita figuratis, ut CCCLXV. dierum nota, per significationem anni, temporis & ævi se Deum indicaret. Jani simulachrum olim etiam ita effingebatur, ut dextra τ, sinistra verò ξξ. literas præferret: quo itidem numerus dierum anni exprimitur. Vide Suid. in dictione Ἰανηταί: Plut. in placitis Philosoph. & Censorin. de die Natali, cap. 6. 7.

τ	300.
ξ	60.
ι	5.
τξι	365.

εἰδωλον ἡλίου] Clem. Al. Strom. 5. ὁ δὲ ἡεραξ, σύμβολοι ἡλίου:

Cap. 6.

ⁿDiod. S. li. 3.

κυρώδης γὰρ ἡ ἀναρετικός· αὐτίκα ὅς λαιμικὸς νόσος ἤλιφ ἀνατιθίσιν. *Emstath. d. Iliad.* ἱεραξ δ' ἱερωταὶ ἤλιφ ἀπόδανι, ἀφ' ἧς τε τὸ * ὄζυ τῆς κινήσεως, καὶ ἀφ' ἧς τὸ ἐξίτημο-
λογίας συγχύειαν· καὶ γὰρ ἱεραξ ἱεραξ ὁ ἤλιφ.

ὄζυωπῆν] *Ælian. lib. 10. de animal. cap. 14.*

πολυχρόνιον] *Ad annos usq; 700. idem : quod in dubium tamen vocat.*

Cap. 7.

ὑπὸ λιάσας] ὡς Ἰξυπλίας νέων, *ibid.*

αἷμα] σαρκῶν ἡ ἥδεταμ βορᾶ, καὶ πίνει αἷμα, καὶ τὰ νεόπια ἐκτρέφει τοῖς αὐτοῖς, *Ælian.*

Cap. 8.

Ψυχῆς Δείβωλϙ] *Cor, mentis quadam sedes est. in eo enim creditur esse animi virtus principalis, Gr. Nyss. hom. 1. in Pascha. Hippocr. lib. Δεὶ καρδίνης, ubi ϙ de animi nutrimento. at Philo, Δεὶ ὀνείρων, Cl. Al. Str. 5. ἔ Galenus (libro, ὅπι τὰ τῆς Ψυχῆς ἦθη ταῦς ἔσώματϙ κρέσσειν ἔπεταμ) cerebrum, animi domicilium dicunt. vide Theodoretī Serm. 5. ad Græc. infid.*

ἐκκοεῖ, κοεῖ] *Scholīastes Pīndari, locum adfert ex Æschylī Danaīdibus, quo idem innuitur;*

Καὶ περὶ δ' εἴτι λαμπρὸν ἤλιφ φάος·
εἰς ἐγείρω πρηνεμεῖς ἠμφοῖς,
υἱομοῖσι θέτων, σὺν κόροισι τὲ καὶ κόρατς
κάν τᾶ βία * ἀκορεῖ---

ⁿεἰς ἐκκόρη.

αὐτὴ ἔ, κόρατς κορώνας. παροτρύνοντες δ' ἐνιοὶ φα-
σιν, * ἐκκορεῖ κόρατς κορώνας. *Quibus verbis an men-
dum subsit, vide. velut ibid. ἀιχμῶλω mendosè legi-
tur,*

eur, pro αἰχμῶων, τὸ δὲ τελίζων. De eodem ritu, Æliani verba lib. 3. cap. 9. de animal. sunt hæc:

In nuptijs olim veteres, audio, post hymenæum Cornicem invocare solitos fuisse, hæc, Concoi αἰς (signam a. n. e. j.), qui liberum quærendo uti gratiã cõdissent.

Eandem porrò continentie laudem cornicibus, quam autor noster, tribuit Naz. paranesi ad Virg. Plutarch.

Gryllo & Ælianus.

κορώναι (inquit hic) ἀπὸ ἀλγῆς εἰσι πισόταται: καὶ ὅταν εἰς κοινὰν συνίλωσι, πάντων σφόδρα ἀγαπᾶσι σφῆς. καὶ ἐκ ἀνδρῶν τινος μιν γύμνα τὰν ὄψιν ζωᾶ ἀπέλω, καὶ αἰσῆτι χυμὸν λιγυροῦσι οἱ ὄψιν τῶν ἀκερβῆντες, ὅτι καὶ ἀπθάνοι τὸ ἴτερον, τὸ λοιπὸν χυγίνοι.

*idem de turture scribit
Basil. M. h. mil. 8. in Hexaem. Clem. Al. Strom. 2. Naz. car. ad Virg. paranesico.

μια κορώνη] Non alienum ab hoc loco, quod ibidem legitur: οἱ τε ἔδρας πησῆεις καὶ ὀρνίθων ὠσαφυλάττοντες, ἐκ δὲ σύμβολον εἰς μαντείαν ὀηδύσιν εἶναι φασιν, εἰ ὑπακῆσοιτο κορώνη μία.

αὐτοῦ ἄρῆς] ὁ καὶ θαρ, ἀθλη ζῶόν ἐστιν, &c. Ælian. lib. 10. cap. 15. Plut. lib. de Iside, duobus in locis. ijdem, Scarabæum viris bellicosus sculpturam annuli fuisse, inquam: quòd maribus prorsus univèrsis pro patria pugnandum sit. Ammian. Marcell. lib. 17. per vulturem naturæ vocabulū pandunt: quia mares nullos posse inter has alites inveniri, rationes memorant Physica.

Cap. 10.

Βοὸς] ὄνος, secundum * Suidam; qui, idem vocabuli etymo confirmat.

* Sudo supra locum Plinij, e lib. 11. cap. 20.

σφαγεειδῆς] Præter Plut. & Ælianum, nisi quod locus apud illum mendosus, Euseb. lib. 3. Evang. præpa-

rat. idem adfert è libro Porphyrii ὡς ἐκ τῆς τῷ ἐμψύ-
 χων ἀποχῆς, ubi Ægyptios, etiam Cantharum sive
 scarabæum, tanquam vivam Solis imaginem, coluisse,
 scribit: αἰγύπτιοι ᾗ ἐσέφθησαν, ὡς εἰκόνα ἡλίου ἐμ-
 ψυχον.

αἰλαργον] Gell. lib. 20. cap. 8. ælurorum oculos ad
 Lune vices (inquit) aut ampliores fieri, aut minores.
 illud, ἐν πανσελλώω: hoc, ἐν ταῖς μειώσεσι ἔσσεται,
 Plut. Similia de Cærope, annal. lib. I. apud M. Glycã:
 de Ibide, quæ interlunij tempore cæca: ἔσθ' de mustela, cu-
 jus epar, cum Luna, variatur, Plut. lib. 4. Sympos. q. 5.

διὰ τῷ τριακονθήμερον] Herodot. Cleiò, αἰγύ-
 πτιοι δὲ τριακονθήμερος ἄγοντες ἑὸν δώδεκα
 μῆνας, ἐπάγασιν ἀνὰ παῖν ἕτ' ἑπέντε ἡμέρας,
 παρέξ τῆ δ' ἰθιμῆ. Vide Diod. S. lib. I.

ἰβις) καὶ τὰ ἐρμῆ δὲ φασί, τὰ πατρὶ τῷ λόγων,
 Φιλεῖται: Aelianus lib. 10. de animal. cap. 29.

Cap. 10. ὡς βορέαν) Plut. Rom. quaest. 93. θῆλυ παῖν τὸ
 γυνῆ ἐστὶ, ἢ κυίσκον) δεχόμενοι τὸν ἀπηνιώτῳ,
 ὡσπερ τὰ δένδρα τὸν ζέφυρον, Ægyptij perhibent,
 totum vulturum genus esse fæmininum, ἔσθ' concipere
 Subsolanij flatu excepto; sicut arbores Favonij admissio
 spiritu. Aelian. lib. 2. cap. 46. Vulturem non nasci ma-
 rem

rem ajuut : quam rem non ignorantes hæ bestia, pullo-
rumq; solitudinem ac inopiam timentes, ad gignendos
pultos talia machinantur : aduersæ Austro volant : qui si
non spirat, ad Eurum ventum oris hiatu sepandunt ;
spiritus venti influens, ipsas implet. Vide Basil. M. ho-
mil. 8. in Hexaëm. Mich. Glyc. annal. lib. I.

ἡ γύψ] ὁ γύψ, masculino genere, utuntur alij scri-
ptores, Levit. 11. Deut. 14. Job. 39. Basil. M. homil. e-
ad. Aristot. 6. hist. animal. 5. Plut. Lucian. Xiph. &c.
ὡς τὸ μόνον] duntaxat : ita loquitur Lucian. Somnio.
ἐφ' Philo passim.

ἐστὶ ἡ καὶ ἄλλα γύψ ὀρνέων] Ita malim cum Aug.
Cod. legere, quàm cum Interpretibus γυπῶν : quanquã
non sim nescius, Aristotelem duo vulturum genera fa-
cere, 8. hist. animal. 3. τῶν ἡ γυπῶν (inquit) δύο ἐστὶν
εἶδη, ὁ μὲν μικρὸς καὶ ἐκλυκότερος : ὁ ἡ μείζων καὶ
σποδοειδέσσης. Plin. lib. 10. cap. 6. vulturum præ-
valent nigri. Caterùm, aves cohortales quoq; vento cõ-
cipere ; autor est Columella, lib. 6. cap. 27. Plinius lib. 10.
cap. 61. Quidam & vento putant ea (scil. οὐα hyp-
enemia) generari : qua de causa etiam zephyria
appellantur. Aristot. lib. 6. hist. animal. cap. 2. ζε-
φύρια ἡ καλεῖται τὰ ὑπολέμια ὑπὸ ἰνῶν, ὅτι
ὑπὸ τῷ ἑαρινῷ ὄρει φαίνονται δεχόμενα τὰ

ξεφυροχουεις
13306

πυδματα αι' ογενιδες. *Augustinus lib. 21. de Civ. Dei, cap. 5.* In Cappadocia etiam equas vento concipere, eisdemq; foetus non amplius triennio vivere scribit. *De quo & Varro lib. 2. cap. 1. & Plin lib. 8. cap. 42.* *Ælianus* oves non ignorare ait, Boream & Austrum non minus, quam qui eas ineant arietes, earum fecunditatem promovere; & illum quidem ad masculæ sobolis generationem, hunc femineæ efficacem esse; ideoq; pro sexus desiderio, ad alterutrum ventum in coitu se se obvertere, *lib. 7. cap. 27.*

γυπων ἢ τωλωμίον] id est, τω ανέμω ὀχθυομήρων: at vulturum, qui ex vento concipiunt, ova ad gignend. absq; negandi particula, cum m. si rectius legeris. *Phasianinus*, Vulturum autem, in aëre coitum facientium sub vento, ovorum generatio ad procreandum fit.

ἀλλα γυνη ογενεων] οίου ἀλεχθείδος, πέρδικου, περσειεράς, τωωνου, χλωός, χλωαλώπικου, gallinæ, perdicis, columbæ, πανονίς, ανσερίς, χεναλοπεκίς, *Aristot. Plin.*

ἐκέπι ἢ τωρος ζωογονίαν] γίνεσθαι γὰρ τὰ τωλωμία γόνιμα, ἐὰν ἐν τινι καμρῶ ὀχθυῇ τὸν ἄρρενον. *Aristot. 3. de Gener. anim. 1.*

ἀφ' ἑκαμ] *Phasianinus*, atq; etiam exinde in o-

mini dea id observant, vulturem subscribendo.

σωεσαναι] *Phasianin*. Iphis etenim Ægyptijs mundus ex hujusmodi consistere fœminis, non verò masculis, videtur.

Cap. 12.

δρσενοθήλεις] *Phasianinus*, hermaphroditi: qui sunt *Philoni* ἀνδρόγυνοι & γύνανδροι *Plut.*

μπίστει τὴν σελήνην τῆ κόσμου καλεῖσι, ἐξ φύσει ἔχει ἀρσενόθυλον οἶον, Lunam mundi matrem appellant, & naturam ex utroq; mixtam sectu ei assignant. *Ammonius in lib. Aristor. de Interpret.* καὶ γὰρ αἱ ἀρσενικῶς αἰγύπτιοι τὴν σελήνην οἰομαίμεν εἰσάσασιν: ἀλλ' ὡς πρὸς τὴν γυναικίαν αὐτὴν παρεβάλλοντες, ἕχοντο ἰδίῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῆς φωτιζομένην. διὰ καὶ ὁ ἐν τῶ συμπασίῳ τῷ Ἀριστοφάνει λόγῳ τὸ μὲν ἀρρεν τῶ ἡλίῳ προσήκειν ἔφη, τὸ δὲ θῆλυ τῇ γῆ, τῇ δὲ σελήνῃ τὸ ἀρρενόθηλυ. *Nic.* εἰσάχθη τις ἡμῖν κ. μαρκίων & θεὸς ἀρρενόθηλυς, ἐντὸς αὐτοῦ nobis est *Marcionis etiam Deus, masculino fœmineus.*

ἐγκόσμιον] *Mundanū*, seu qui in mundo est, proprie significat. *Phasianinus*, Deum totius orbis, *Bernardinus* planè omisit.

Cap. 13.

κόλυμβον] *urimatorem*, *natatorem*, *κόλυμβη* τὴν ὑφύδρον, *Ælian.* τὸν τὰς ἀποδύσεις τὰς καλῶτάτω μελιόντα, *idem.* κυβιστῶν, *Nax.* *Phasianin.* *Stagnum.*

κυνοκέφαλον] *De Cynocphalo*, *Arist.* lib. 2. *hist. anim.* cap. 8. *Ælian.* lib. 4. cap. 46. *de animal.* & lib. 6. cap. 10. *Diod. S. lib.* 3.

Cap. 14.

ἐπειδὴ οὐβ. χώρας] *totidem sunt linguarum idiomata*, *Epiphanio* autore, lib. I. *contra heres.*

γράμματα Πτολεμαίων] *Ptolemæis regnantibus.* *Ælian.*

ἔξ μῆ] διέξε τῶν παρδειῶν ἢ τῶν τεχνῶν, Diod.
S. lib. 1. sect. 2. γραμματικῆς ἢ μουσικῆς, Plut. de Iside.

ἄερον] Lib. m. f. ἄερον, quod probō. ut sit hic sensus;

Cynocephalum neq; piscibus, neq; pane vesci

<sup>ὀρεῖν, ichtyophagi, pane
ἔ piscibus con-
ficiunt.</sup> è piscibus confecto. Quo panis genere victitasse O-
ritas, Plin. docet lib. 7. cap. 2. qui idem lib. 18. cap. 11.

⊕ ostrearij panis meminit. Strabo lib. 15. pisces ad Solem
assatos, in mortarijs, quæ è ceterorum vertebris fiant, ab
Oritis illis tundi; atq; inde, frumento paululum admi-
xto, panem confici scribit:


* ἰσχυροί.

οἱ σπόνδυλοι δ' αὐτοῖς εἰσιν ὄλμοι, ἐν οἷς * πύσσαι τὸς ἰχθύας ἐν ἡλίῳ καλοπύσσαι-
σι: ἢ τ' ἀλοποιῶν, σίτη μικρὰ καταμίξαντες.

Athenæus lib. 9. ex Mnesimacho, inter piscis species,
ἄερος quoq; ponit. Phasianinus Argum piscem acce-
pit, quem nullus reperio: ἄερον ⊕ verò apud Aristote-
lem, aliud. Bernardinus totum hunc locum, ut alibi alia
(vitio forsan exemplaris) prætermisit.

καθ' ἅπας καὶ οἱ ἰερεῖς] Piscem odij, ἔμυσος, seu (ut
Horapollō noster) rei abominandæ, ἔμυσος, symbo-
lum fuisse apud Aegyptios; Clem. Al. Str. 5. Plut. lib. de
Iside ostendit: unde piscium esu abstinuisse Sacerdotes,
nihil mirum. idq; cùm alias ob fabulas, inquit Clemens,
Str. 7. tum potissimum, ὡς πλάδα γὰρ ἠλλὲν σάρακα τῆς
Τριαῖσδε καθ' ἅσθρα ζῆσης ἐρώσεως. Sua etiam eta-
te piscibus Aegyptios Sacerdotes abstinuisse, scribit idem

Plut.

Plut. lib. 8. Sympos. q. 8. (quod apud Interpretem desideratur) , * piscium nullum immolari, nullo rem sacram fieri. Piscem coluerunt Syri tanquam Deum. Diod. S. lib. 2. Lucia. de Syria Dea.

* ἰχθῆων εὐσεβείᾳ
μὴ θύεσθαι, ὡς ἰερὸν αὐτῶν.

Ⲭⲉⲓⲧⲟⲙⲓⲱ) Philo Ⲭⲉⲓⲧⲉⲓⲧⲟⲙⲓⲱⲥ. Cl. Al. Str. 1.

ἵνα ᾗ μὴ διρύτερον τὸ ὕδωρ) Lacuna in m. s. eadem, & lectio, forsitan restituenda hoc modo; ἵνα δὲ μὴ διρύτερον τὸ ὕδωρ περὶ κατὰ ρρῦνῆ: κατὰ σκιδάσματα ὑπὸ ἀρχῆ, δι' ὧν Ἔc. Phasianinus, Ne verò latius aqua utiq; decurrat, neve rursus restrictius: præparaciones quædam ibi sunt, per quas aqua ipsa ad horologium defluit: ambobus etenim præparamentis opus est.

Cap. 16.

Φυμὸν) Furorem, Phasian. Animum, iram furorem, Bernardinus, quæ vox Græca sit πολύσημος. Elias Cret. episc. Leo sic est à natura comparatus, ut & iracundia, & vitæ solivagæ studio, & abhorrente à societate sui generis animantium instituto delectetur. Quæ ad verbum leguntur homil. 9. Bas. M. & annalium M. Glycæ lib. I. ubi lacunam p. 68. è Cod. Aug. sic exple, καὶ ὅθεν τοῖς παθαινομένοις ἡ ὑγεία ἀποσγίνεται. Plura de Leone vide apud Aristot. & Aelian.

Cap. 17.

κεφαλῷ γ' ἔχει μεγάλῳ) Orpian. lib. 3.

--- μεγάλῳ διὰ τὸ κόρσιν

ὄμματ' αἰγλήντα --- id est, Fulgentes oculos, caput immensum.

ὤρϙ) *Plut. lib. de Iside, Ωρείωνα τὸν Ωρον dicit:*
ἔ lib. s. Sympos. q. 4. ἔδὸν ἑνιαυτῶν δεχαικῶς ὤ-
ρεος λέγεσθαι, ut ἔ Diod. S. lib. I. qui inde, Ἰὰς κατ' ἔ-
 τϙ ἀναγραφὰς, ὠρογραφίας περὶ σαγορδύεσθαι,
inquit. τὸν δὲ Ωρον μεθερμωδύορμον φασὶν ἀ-
 πόλωνα ὑπάρχειν, *ibid.*

ὠρῶν κρατεῖν) ὠρα, *quatuor anni tempora; O-*
lympri janitricis Homero: πυλωρῆσι γῶ, Lucian. Un-
de Janus apud Ovidium,

Præsidiō foribus cali cum mitibus Horis,

Et redit officio Iupiter ipse meo.

Homericus,

Iliad. 9.

ἀυδμα) Διὸς πύλαι μύκον ἔρανῆ, ἀσέχον ὄραι:

Ταῖς ἐπιτίττεσθαι μίγας ἔρανὸς ἄλυμπός τε,

ἢ μὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν ἰφϙ, ἢ ἐπιθεῖναι.

Cap. 18.

ἀλκλῶ ἰγρᾶφοντες) ἀλκῆς μὲν σύμβολον καὶ
 ῥώμης αὐτῆς ὁ λέων, *Clem. Al. Str. s. proverb. 30.*
 σκύμνϙ λέοντϙ ἰχυρῶτερϙ κτιλῶν, ὃς ὄρα
 ἄποσρέφε) ἔδὲ καταπῆσσει κτιλῶϙ. *Quid verò sit*
ὄσμῃ λέοντϙ, Jobi 6. capite: docet Scholion m. s. ἔ
Chrysost. δυσῶδες γῶ τῆρ τὸ θηεῖον μεθ' ὑπερ-
 βολῆς: ἐπειδὴ γῶ ἔχει τλῶ ἀπὸ τῆς φύσεως πλεο-
 νεξίαν, ἑτέρως αὐτὸν τῶ ἄλλων φαυλότερον ἐ-
 ποίησεν ὁ θεός.

ἀνιωγός) *Plut. oculos Leonis dormientis sufful-*
gere, dormire autem momento temporis, ait. 4. Sympos:

q. s.

q. s. vide Aelian. lib. 5. cap. 39. de Animal. & Etymolog.

ῥῖς κλήθροισ τῷ ἰερώων) Plut. κὶ τὸν λίοντα λιμῶσι, κὶ χόσ- Cap. 19.
 μασι λεονταίοις ἑλάν ἱερώων θυράματα κοσμοῦσι. ὅτι πλημμερεῖ Νεῖλ⊕,
 ἡελίς ⊕ πρῶτα σιωραχορροιο λίοντι. id est,

Et Leonem venerantur, rictibusq; Leoninis januas
 templorum ornant: quia Nilus exundat (ut seq. etiam
 cap. noster autor asserit)

Titanis primum curru tangente Leonem.

φοβερόν) Amos 3. λέων ἐξδύξῃ: καὶ ἦς ἔ φο- Cap. 20.
 βηθήσῃ); Leo rugiet, quis non timebit?

Νείλ⊕) de hoc Strabo lib. 17. Plin. lib. 5. cap. 9. sic Cap. 25.

autem dictum volunt, sive παρόσον νέαν (ἡτι ἐνιαύ-
 σιάν) ἰλυὸ φέρεται, quo alludit Plut. lib. de Iside.

Non. Dionys. lib. 3. Heliodorus Trica episcopus lib. 9.

Aethiopicōn. seu δ' ἀπὸ Νείλεως, ut Diod. S. lib. 1. ὃς

μὲν μάχλω ἐκλίσειν δ' ἕραλιν: seu δ' ἀπὸ Ἐνάειν λαϊῶς,

ὃ ἐστὶ ρεῖν κτ' συσροφῶ: seu deniq; ὅτι κατ' ἔτ⊕

πλημμυρῶν, ὡεισμύρον χρόνον νεάζειν δοκεῖ,

Schol. Theocr. Idyll. 7. Diphthongo eur scribatur; Eu-

stathius ad V. 224. Dionys. Periegeta indicat:

τὸ γὰρ Νεῖλ⊕, καὶ τῶν θείων ἀμεινῶν ἐν ἀντὶ σιχαίαν, ποσάμρον, ἴδον τῆς ἀεθμὸν
 σιωτελεῖ, ὅτι ἴσασι εἰσὶν κτ' αἰ καὶ ἰσαυλὸν ἡμέρα: κὶ ὅτω θείων, ὅτι οὗ Νεῖλ⊕ καὶ εἰρ-
 μόλινα φέρεται.

⊕	50
ε	5
ι	10
λ	30
ο	70
σ	200
τῆς	305

χολέδρας] χαλέδρας, ὑδάτων δοχεῖα, δεξα-
 μῆραι, Ammon. ἀγωγοὶ ὑδάτ⊕, Herodian. ὑδρα-
 γωγοὶ, Sirac. 24. ὑδραγώγεια, Strabo lib. 5. ὑδρα-
 γώγια.

γάγια, Harmenop. σωλιῶες, ἔϋδρορρόα Basil.
 αὐλοὶ σωλεινοειδῆς, Philo. In Glossario, Canalis,
 ρετρυεξ : quodemendo, ῥῶς, ῥύαξ. Est autem χο-
 λῆδρα compos. ᾧδὰ τὸ κοιλὸν, ἢ τὴν ἔδραν, in tu-
 bos cavatum, Siphon. vel ᾧδὰ τὴν χύσιν, unde χο-
 λάδες etiam dicuntur secundum m. s. Lexicon Aug.
 τὰ ἔντερα. Phasianin. sedes communes.

ἔϋ εἰσαγωγῆς] κρηνῆς, Basil. hinc, aquam per
 tubos sive canales illos ductam, εἰσαγωγίμων ὕδωρ
 idem Strabo vocat.

ἀφ' ἧ] Phasianin. qui mos in hodiernum usq;
 diem etiam num apud eos firmus perdurat, qui
 vota pro humoris & aquæ abundantia suscipiūt.

Lucian. de
 Saltat. Plut.
 de oraculor.
 defectu. Stra-
 bo lib. 9.

μέση τῆς οἰκισμένης] Medium terræ sive ab aquilis,
 seu à corvis, seu ab oloribus esse inventum, qui ab extre-
 mis illius partibus eo convolarint, ubi templum fuerit
 Delphicum : fabulantur Græci ; quem inde ὀμφαλὸν
 γῆς, Pindarus, Pyth. ode 8. ἔ 11. Nem. ode 7. Euripi-
 des Medeá, eosq; secutus Plato, lib. δ' πολιῶν, id est,
 terra umbilicum, dixit. Hinc μεσόμφαλῳ ἔδρα ἔ
 ἀπόλλωνῳ, apud Clem. A. ex eod. Eurip. Sic μεσόμ-
 φαλον ἄστρην ὀλύμπου, est aries Nonno. Dionys. lib. 1.

Cl. Alex. Pro-
 srep.

Cap. 22.

θυμιατήριον] Plut. lib. de Iside, Ægyptios cælum
 hac

hac figura significare scribit. neq; tamen quicquam impedit, eadem Ægyptum notatam, quam cæli imaginem interpretabantur, ut est apud Hermetis Æsculapium, cap. 9. Videtur hac quoq; zelotypus designatus: et si Horapollinis verba id non clarè exprimunt.

φυλακτήριον] ἀλεξητήριον, ἀντιφάρμακον; ᾠδία πον. Cap. 24.

ἄπλαστον] κὺ ἀδιατύπωτον, Philo. παιδίον μὴ ἴξ- Cap. 25.
εικονισμῶνον, Exod. 21.

ἀνέωγώτας ἔχειν] Plut. lib. 4. Sympos. q. 5. Ἰλιά. Cap. 26.
lib. 13. de animal. cap. 13.

γλώσσαν] σοφῆς ὀχετηγὸν ἰωῆς, Non. D. lib. 26. Cap. 27.

λόγοι τὲ] ἐν ἀποδείξει δὲ ὁ μὲν ἴσιν ἐνδιόθετο, ὃ δὲ ἀεφοεμικός: κὺ ὁ μὲν οὐ-
κ' ἴσιν πηρὶ, ὃ δὲ γιγαντες ἀπ' ἐκείνου ἴσαν: κὺ τὰ μὲν ἐστὶ χόρα τοῦ ἡγεμονικόν: τὰ δὲ κατὰ
ἀεφοεμὸν, γλῶσση κὺ σάμα, κὺ ἡ ἄλλη πᾶσι φωνῆς ὀργανοποιία, Philo lib. 3. de Mose.
Aristoteles illum τὸν ἐν τῇ ψυχῇ, hunc* τὸν ἐξω λόγον ^{τὸν ἐν ἀεφο-}
vocat, 1. Analyt. post. 8. Vide Basil. M. homil. in prin- ^{εἰ Plut. λεκτι-}
cipium Joannis, Ὁ Ναζ. definit. Jamb. Ælianum libro ^{κον, Demosth.}
10. cap. 29. de animal. His quidam addunt λόγον ἐγ- ^{H. Hieroph. I-}
γράμματον, cuius hic manum Horapollo symbolum fa- ^{soer.}
cit; quam ἔγγραφον ἀδὼ ex Nonno dicere possi-
mus: nam Ὁ scribendo, idq; manus ministerio, sensa
mentis exprimimus.

ἀμέ] χίλια ἐνενήκοντα πέντε.

Αα ὕφαμνον]

ὕψαιμον] *Cruore suffusum. Hinc pertinent illa Græcorum phrasæ φαικὸν βλέπειν, Basil. M. φοβερόν, ὑποπλον, ἰταμόν, δερμὸν, δέγγων, Lucian. Aristoph. ἰαυρωπὸν δόποβλέπεσθαι, Philo, ἰαυρηθὸν ὄραν, & similes. Genes. 4. ἰναλί συν-ἔπει (εὐτὸ ἀπὸ ὤπων σου; dicit Caino Iehodaa: & Iacobus Lea Racheliq; ἐρῶ ἐργάδ ἀπὸ ὤπων τῆ πατρὸς ἡμῶν, ὅτι ἔκλει ἀπὸς ἐμέ, ὡς ἔχθες κ; τελίτω ἡμέρα, ibid. 33. & 1. Reg. 18. de Saulo dicitur, κ; ἔω Σαοὺλ ἰαυρωβλεπόμθ τὸν Δαβιδ δόπο ἴδς ἡμέρα ἐκείνης, κ; ἐπικείνα. Quo sensu Latini etiam, torvè alpeçta-re, torva tueri, oculis torvis tueri dicunt.*

ὀφθαλμὸν] *Nam & oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur, Cic. 1. de Leg. Sunt q; animi tanquam fores, Polemoni: quos cor sequi, ὀμμασι γ' κροαδίη ἔσπεται, dixit Theologus. Notum est illud Comici; Non innueram: & apophthegma sive Isocratis seu Periclis (utriq; enim Plutarchus tribuit) de oculorum continentia. Cui simile illud Xenocratis; qui negabat quicquam referre, pedes né an oculos in alienam domum defigeremus, apud Ælian. lib. 14. Var. hist. cap. 42: qui, cap. 22. ejusdem libri, exemplum adfert eorum, qui oculorum nutu & manuum gestu, quum per tyrannum colloqui non liceret, animi cogitata, alijs alijs, aperuerint.*

Cap. 28.

τριετῆς χρόνου] *Hanc & humana stature mensuram dicunt, quæ, annos tres nato, media sit. Basil. M. homil. 10. hexaëm. τριετῆς τὸ παιδίου: ἐμέτησεν ὁ πατήρ, οἶδεν ὅπ τὸ διπλάσιον τέτρα μέγεθ & ἄπο-λήψεται ἐν τῇ τελειώσει.*

Φωνίω

Cap. 29.

Φωνὴ ἢ μακρόθεν] *Sonitus est tonitru ex eo sunt genere, quæ sanè nullo modo pingi possunt. Sed quum in obeliscis, qui Romæ supersunt, multæ conspiciantur imagines rerum nec naturalium nec artificialium; quæ quid sibi velint, hodiè nemo facilè dicat: fieri potest, ut ea mutuo inter Ægyptios ac tacito consensu de hujusmodi rebus, quæ sub visum non cadunt, acciperentur.*

Φωνὴ] ἢ Φωνὴ pro tonitru accipitur *Exod. 9. Ac Phisici dicunt, fulgur tonitru posterius erumpere, ut sanguis vulnus sequatur: prius tamen videri; auditu sonum expectante, visu lumini occurrente, Plut. lib. ad princip. inerudit. Plin. lib. 2. cap. 54.*

Βροντῶ] ἢ μοι φιλοσοφῆσαι περὶ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν, ὡς βροντῶν δαίμων ἢ σπυρίων, ἢ δὲ μικροῖς σπυρίων τῆς ἀληθείας λαμπρόθυμοι; ἢ ἵνας ἀτμοὺς δαίμων γῆς αἰτία, ἢ φεσ δὲ μικροῦς; ἢ αἶψα πύκασι ἵνας, ἢ νεφῶν τῶν * μανοῦστων θλίψιν ἢ Κύρηξιν; ἢ καὶ ἄλλοις τοῖσι βροντῶ ἀστραπῶν, ἢ ἢ ῥῆξις τῶν βροντῶ ἀπὸ πύκασι. ποῖον ἀλλοτρίων ἀστραπῶν, αἶψα ἐκείνων διεξοδοῖ, ἵνα ἀστραπῆ ἢ βροντῆρον, καὶ βροντῆρον ἢ γῆρον. *N. scilicet de Theolog.*

* γὰρ καὶ πυκνὸς ἔστιν.

ἐπειδὴ ᾧ τὰ τέκνα ἔξ ἡδονῶν] *Fortè leg. ἐπειδὴ ᾧ εἶ. σύμβολον ἡδονῆς εἶναι εἰποῦτο: id enim antea dictum est. Phasianinus; Coitum verò indicare volentes: bis sextum decimum numerum pingunt; maris & fœminæ geminatam voluptatē significantes, quæ illa ætate per coitum filios gignit, ut demonstratum est.*

Cap. 33.

Φοίνικα τὸ ὄργανον] ἢ φοίνικς ὁ ὄργανος, ὄργανον λέγει ἢ εἶναι κατὰ φύσιν ἢ ἄλλοις. *Cap. 34.*

Αα 2 αζυ-

Herodot. Eu-
terpe, & Æli-
an. lib. 6. cap.
58. de animal.
at Nonn. Dio-
nyf. lib. 40.
χιλιέτη ὄρνυ:
Lucian. in
Nadiv. ὄρνυον
ἐν Ἰνδοῖς, dicit.

ἄζυγον ἐν τῇ δημιουργίᾳ. καὶ ἴση φ. τὸτο πάσχει, δὲ καὶ φμδρὸν παρταῖ τὴν ἀνάστα-
σιν. αὐτοὶ γὰρ καὶ οἱ Ἕλληες περὶ αὐτῆς διηγῶν, ὅτι παρὸν τὸ ἴληθ' αὐτῆ, ἔρχε) περὶ
τὴν αἰγυπιοῦ, καὶ ἀντικρὺ τῆς ἡλίας (ἴσα): εἶπε τε φεῖ), καὶ δὲ τὸ χροὸς αὐτῆ σκόληξ ἄρ-
νᾶ): καὶ αὐτὸς αὐδὲς εἰς πλῆθὸν μετὰ βάλει) Ἰὸν φοῖνικα. τὸτο γ, αἰς εἶπορμ, μετὰ ἴτη φ.
εἰώθε γίνεσθαι, M. Glycas lib. 1. Annal.

Vide & Naz. carm. parænet. ad Virg. V. 526. Epipha-
nij Physiologum, cap. 11. ejusdemq; Ancyrotum p. 505. u-
bi mendosè, Φαυμάσαι δέ μοι ἅπασι (pro ἔπεισι)

ᾤει τῆς τῷ ἀπίσων ἐλλώων, legitur. Phœnicem in
Ægypto visum, Tiberio mortē denunciaffe; scribit Xiph.

πολυχροινώ(ατ)] Inde natum proverbium φοί-
νικ) ἔτη βιῶναι, Lucian. Hermot.

πάντων γὰρ Ἰπιβαίνει] Hinc Sol Homero ᾤπει-
ων dicitur, Iliad. τ'. Odyff. α'. Virg. 4. Æneid.

SOL, qui terrarum flammis opera omnia lustras.

Cap. 35.

πολύς] Lacunæ forsân inferendum, τὰ τέσι, πάντα
ᾤείχων, id est (ut Phasianin.) omnia ambiens: vel,
ut Etymologistes, δι' ἔτα ὅλα σωέχε). Nisi pro πο-
λύς sit legendum πολυόφθαλμ) : id enim Græca
lingua esse Osirin, quo Solem intellexerint, affirmat Di-
od. S. lib. 1. quem consule.

ᾤω' αἰγυπίων] malim legere ὅδ' αἰγυπίας: vel,
λέγον) γὰρ, &c. οἱ αἰγύπιοι. Id est, Dicuntur siqui-
dem Ægyptij Sole magis gaudere, quàm cateræ gentes
Phasianinus: Sole nanq; supra reliquos mortales,
omnes Ægyptij gaudere traduntur.

ἡ ἱβίς]

ἡ ἰβίς] *Plut. 9. Sympos. q. 3. Mercurium primum Deorum in Ægypto literas invenisse, inquit; itaq; Ibin Ægyptios signum facere primæ literæ. (Cur autem cordis symbolum eadem fuerit: colligi potest è pictura illius avis apud Ælian. lib. 10. cap. 29. de Animal.*

Cap. 36.

ὁ ὃ ἀφύης) *Philo, lib. αὐτῶ μετόνομαζ. p. 66. φύσεως ὃ μὴ ἀφύπαρχέσης, ἀνώφελῆ πάντα, &c. Xenocr. εἶπε παρ' ἐμοὶ πόκος ἐκνάπτε).*

Cap. 37.

ὁ μαθὼν γράμματα) *Menand. λιμὼ ἀτυχίας εἶσιν ἀνθρώποις τέχνη.*

Cap. 38.

ἱερογραμματεῖα) *Sacri scriba apud Ægyptios etiam futura vere prædicere poterant; Suidas, è lib. 2. Originum Fl. Josephi cap. 5.*

Cap. 39.

ὡσπερ οἱ κύνες) *Plut. problem. Rom. q. 51. ἀτενίζει) Recitat idem Plutarchus (Ἐ Aelian. l. 7. c. 13. de animal.) exemplum canis, Cappari, qui sacrilegum Athenis in Æsculapij templo prodiderit.*

ἐλαφρότερον) *μακρόν, Aristot. 3. de part. animal. 12.*

δεχλὼ ὃ ἢ δικασλὼ) *Thebis simulacra fuerunt dedicata iudicum manibus carentium; Ἐ princeps iudicij oculos in terram dejectos habens: quo innuebatur, justiciam donis Ἐ alloquijs non esse obnoxiam, Plut. de Iside. Vide Ἐ Diod. Siculum lib. 1. sect. 2.*

Cap. 40.

Cap. 41.

πασοφόρον) Diod. S. lib. 1. pag. 18. πασοφόρων
meminit: ut Plut. lib. de Iside, ἱεροφόρων ἢ ἱεροσό-
λων, λιναῖς ἐδῆτας φορέντων, ubi τὴν λινωσολίαν
solam Isiacos facere negat; ut nec barbâ palliός; graves,
illicò sint philosophi.

Cap. 42.

ὠροσκοπον) Horoscopus, Phasianinus.

ἀλλ' ἐπειδὴ) Sed ob id, quia hominibus ab ipsis ho-
ris ac temporibus tribuuntur, Phasian.

ὕδωρ) Sacerdotes, qui sunt maximè observantes le-
gum, lustrandi sui causa aquam inde petunt, unde Ibis
biberit; quod infectam aut insalubrem nullam hæc a-
quam tangat avis. Plut. de Iside, & lib. de solertia ani-
mal. Aelian. lib. 1. c. 45. de animal.

πῦρ) καθαρτήριον τῆς Φαύλης ὕλης καὶ μεχ-
θνεῖς, Naz. ejus θυμιατήριον, id est, acerra, fuit
symbolum, ut aquæ phiala.

Cap. 43.

μῦσ) Plutarch. μῦσ) : vide notas ad caput 14.
& Lucian. de Syria Dea.

Cap. 44.

κενοποιόν) καμνοποιόν.: Phasianinus, Effetq;
perinde, ac rem novam & inusitatatam moliri,
